

ij att

2

6)

Liber Joannis Cincinny Lippien. Ep̄is ij att

ERASMI ROTERODAMI
Parabolarum, siue Similium
Liber.

Anno dñi



.1516.

CVM PRIVILEGIO IMPE
riali, ad Sexennium.



ERASMVS ROTERODAMVS
 Petro Aegidio Celebratissimæ ciuitatis
 Antvuerpiensis a libellis. S. D.

Vlgare quidē & crassum istud amicorū genus Petre-
 amicorū Candidissime, quoꝛ ut ois vitæ, ita neces-
 situdinis quoꝛ ratio in corpibus sita est. Si quā procul
 seūtōs agere cōtigerit anulos, pugiūculos, pileolos, atq; alia
 id genus Symbola crebro solēt inuicē missitare, videlicet, ne
 vel cōsuetudinis intermissione languescat beneuolētia, vel
 longa tempore, ac locorum intercapedine prorsus emoriat.
 Nos vero quibus animorum coniūctiōe, societateꝛ stu-
 diorum omnis amicitia ratio constat. Cur non potius ani-
 mi Xeniolis, & literatis Symbolis identidem alter alterum
 salutemus? Non quod vllum sit periculum, ne propter inter-
 ruptam vitæ consuetudinem, frigus aliquod obrepāt, neue
 tantis regionum interuallis semota corpora, copulam, ac ne-
 xum soluant animorū, qui vel hoc arctius sibi conglutinari
 solent, quo vastioribus spaciis illa fuerint dirempta, verum
 vt si quid ex amicitia fructu detrahēre videatur absentia, id
 huiusmodi pignoribus literariis, non sine fœnore sarciamus.
 Proinde nihil quidē vulgarium Xenioꝛ ad amicum adeo
 non vulgarem, sed plurimas in vno libello gemmas mitto.
 Cur enim non sic appellem has *ἑτοιμάσθη*, ex opulentissimo
 summorū authorum mundo selectas? Nuper enim dum Ari-
 stotelem, Plinium, ac Plutarchum locupletādīs Adagiorum
 Chiliadibus relego, dum Anneum Senecam a mendis, qui-
 bus ille non contaminatus erat, sed prorsus extrinctus repur-
 go, has obiter annotaui tibi munusculū, haud quāquā ingras-
 tum futuras, sic enim augurabar, quod & te perspicerem ad
 orationis elegantiam natura compositum esse, & intelligen-
 rem non nitorem modo, sed vniuersam prope sermonis di-
 gnitatē a metaphoris proficisci. Nihil aut̄ aliud est *μεταβολή*,
 quam Cicero collationē vocat, quā explicata metaphora cæte-
 rorum ornamentorū singula suam quandam, ac peculiarem
 adferunt gratiam, & cōmoditatē dictioni, metaphora sola
 cumulatius præstat vniuersa, quā exornationes reliquæ singu-
 la. Delectare vis; nulla plus habet festiuitatis. Docere studes;

Non alia pbat, vel efficacius, vel apertius. Flectere paras: Nul
la plus addit acrimoniæ. Studes copiæ: nusq̃ suppellex locu
pletior. placet Laconissimus: nulla plus cogitationi relinquet.
Sublimitatem affectas: hæc quiduis quātūuis attollit. Est q̃d
velis extenuare: nulla magis deiicit. *vide y4av* capras ac lucē:
nulla melius rem ob oculos ponit. Hac fere condiūtur Ada
gia, huic gratiam suam debent apologi, hæc cōmendat apo
phthegmata, huius accessione conduplicatur sententiæ dos.
Adeo, vt Salomon ille vir diuinus oracula sua. non alio ma
gis q̃ parabolæ titulo voluerit cōmendari. Tolle metapho
ræ suppellectilē ex oratoribus, ieiuna erūt omnia, Tolle para
bolas e prophetis, & euangelicis literis, magnā gratiæ par
tum detraxeris. At fortasse dicet aliquis. Belle hic munus suū
ornat verbis, quasi vero magni sit negocij. Similitudines nus
q̃ non obuias adducere. Verum nos nō passim obuias sum
psimus, nec lapillos in littore sparfos collegimus, sed exqui
sitas aliquot gemas ex abstrusis musarum thesauris deprom
psimus. Neq̃ enim hæc a construis, aut fordidis fori concilia
bulis petuntur, quæ doctorum aures & oculos morentur. Ab
intimis naturæ arcanis, e pœnitissimis disciplinarum aditis
sunt eruenda, ab eloquentium poetarū eruditis fabulis, a no
bilium historicorum monumentis. Qua quidem in re, vt du
plex est difficultas, ita gemina laus debetur. Primū illud ip̃i
non nihil est peruestigasse, quod sit egregium. Neq̃ vero mi
nus est, quod deprehenderit id concinniter accommodare.
Quemadmodū est aliquid primū insignem repperisse gem
mam, Deinde nonnulla laus est, repertum apte sceptris, aut
anulis addidisse. Addam exemplum, quo res fiat dilucidior.
Cicuta venenum est, homini uinum cicutæ. Quod si cicuta
vinum admisceas, iam venenum multo presentius & pror
sus immedicabile reddis. propterea quod vis & impetus vi
ni, veneni noxam citius ad vitalia membra pferat. Iam hoc
ipsum rem naturæ tam abstrusam tenere, nonne pars est eru
ditionis, nec inelegans, nec iniucūda? Age iam, si quis ad hūc
vsum accōmodet, vt dicat, adulationem amicitiae presenta
neum esse venenum, verum ei rursum veneno venenum
esse, libertatem admonendi, quam græci vocant *παρρησιαν*.
Quod si libertatem prius inficias, & ita cōmisceas cum adula

tionē, ut tum maxime aduleris amico, cum maxime videris
obiurgare. Iam immedicabile malum esse, nullaue hic ingenij
laus esse videbitur? Non mediocris opinor. Neque velim
tamen aucupari gratiam vbi nihil promerear. Quibus hic ti-
tulus praefertur. Ex Aristotele, Plinioque, in his mea est collatio-
nis inuentio. Porro quae ex Plutarcho, Senecaque desumpta te-
statur inscriptio, in his nihil mihi vindico praeter colligendi
explicandique laborem, & si quid laudis meretur comoda bre-
uitas. Neque vero me clam est, quantum similiū pelagus pos-
sit e rerum omnium naturis, e tot disciplinis, e tot poetis, e tot
historiographis, e tot oratoribus aggregari. Verum quae demen-
tia sit, quod infinitum sit, velle persequi? Gustum dumtaxat
dare volumus, ut ingenia iuuenum ad his similia conquirenda
excitemus. E Plutarcho complura recelsimus, partem quod
is auctor graecus est, partim quod in hoc genere sic excellit, ut
cum hoc nemo vel eloquentissimorum iure conferri queat.
E Seneca, quonia in eo tum aliud agentes verfabamur, non
ita multa decerpimus. Non alienum fuerit hunc libellum ada-
giis, aut si maus, Copiae commentariis ceu coronidem adiun-
gere, quod cum illis plurimum habeant affinitatem, & ad hanc
uel in primis faciant. Epithalamium tuum quo minus et ab-
solutum est & editum, famulus meus in causa fuit, qui Lou-
nij me quidem imprudente reliquit exemplum. Bene vale.
Basileae. Anno a Christo nato M. D. XLIIII. Idibus Octobris.

PARABOLAE, SIVE SIMILIA ERAS-
mi Roterodami, ex Plutarcho.



Vi adhortatur, & excitant ad philosophiam, nec docent, nec tradunt eam. perinde faciunt, vt qui præmuniunt lucernam, nec infundunt oleum.

Vt quibus domi nihil est boni, in foro plerumque versantur, & obambulant. Sic quidam quod nihil habeant, quod priuatim agant, ad publica administranda conferunt sese.

Vt qui animi causa nauim ingrediuntur, vt spectet, aut in ea inambulet. Deinde repente soluta, atque in altum reuulsa, nauseas, ac vomens frustra foras prospectat. Sic qui leuiter, & quasi lusus gratia attingunt remp. sed a semel accepta non possunt sese explicare, negotiorum vndis secum hominem & inuitum trahentibus.

Vt qui personatus in theatrum procedit histrio. Sic qui ad rempublicam administrandam accedit, non vt ciuibus prosit, sed sibi gloriam comparet.

Qui sensim ac volentes descendunt in puteum, nihil leduntur, qui casu incidunt, valde turbantur. Sic qui certo consilio accedunt ad rempub. moderatae ferunt, qui sese temere iniiciunt.

Vt vinum primum seruit, ac parat bibenti, atque (unt, eos poenitet. paulatim admixtum uenis, rapit hominem, ac traducit in suos mores. Ita qui remp. administrat, initio se populi moribus accommodat, post sensim eum ad sua trahit instituta.

Qui caprat aues, earum voces imitatur, vt alliciat in laqueos. Sic vt multitudinem in tuam adducas sententiam, illius ingenio obsecundes, & obseruas oportet.

In facie plus offendit neuus, aut verrucula, quam in reliquo corpore grades maculae, aut cicatrices. Sic exigua delicta magna videntur in principe, cuius vita in conspectu est.

Vt mulieres laborantes citta, aut stomacho nauseantes, magis quosdam cibos ingerunt, ac paulopost reuomunt. Sic populus per stulticiam, aut inopiam meliorum quosuis etiam creant magistratus, ac eosdem paulopost abiiciunt.

Vt optimum vinum si in vas sordidum, et impurum infusum sit, perdit gratiam. Ita bona sententia, si a malo viro proficiscatur

*ad magistratus
de reipublica
gubernantes
perlinet*

Citta

tur, aut si doctrina in malum virum inciderit.

Vt non satis est clauus, neq; frenum, nisi adsit, qui arte moderetur. ita non sufficit eloquentia ad moderandum populum, nisi accesserit sermonis moderatrix ratio.

Diffimile.

Qui nauem gubernant, aliena voce, iussuq; vtuntur. Sed qui rempublicam gubernant, in seipsis sapientiam habeant oportet, vt non sit opus aliena voce.

Vt qui obtuso freno conatur equū domare, excutit, equo contemnente frenum. Sic qui populum vincere conatur, non satis instructus potentia, ab imperio deturbatur.

Qui plæbem ludis, epulis, largitionibus regunt. Similes sunt ijs, qui bruta animalia pascunt, aut venantur.

Musici leui chordarum tactu demulcent, non graui pulsu. Sic oratio placida, citius q̄ aspersa mouet populum.

Vt longiore via potius vtendum est, si modo sit tutior, quam breuiore & periculosa. Sic ad opes, ad gloriam enitendum, vt serius contingant tuto potius, q̄ statim cū periculo.

Vt ignis non reddit fumum si statim emicet flamma. Sic nec gloria est obnoxia inuidiæ, si protinus elucescat, sed eos qui paulatim crescunt, sequitur inuidia.

Vt hedera adhærens arborum ramis, ope aliena in altum erigitur. Sic obscuri, consuetudine potentium crescunt. deinde præfocant eos a quibus sunt erecti in altum.

Quædam corpora lumen solis exoptum suo fulgore vicissim augment, atq; illustrant. Ita quidam aliorū fauore commendari, vicissim suis dotibus eos commendant.

Non queuis arbor patitur complectentē se vitem, sed quædam præfocant eam, & extinguunt. Ita ambitiosi quidam iuuenes ob inuidiam premunt, ne quando emergant.

Gubernator optimos querit nautas. Architecton, doctissimos querit ministros. Ita princeps eos asciscet amicos, qui ad rempublicam administrandam maxime sunt idonei.

Musicus chordas dissonātes, nō statim abiicit, atq; incidit, sed sensim intēdens, aut remittens, ad concenrū adducit, ita princeps leniter debet emēdare peccātes, nō prius tollere.

Iaculum, si in solidum aliquid inciderit, nonnunq; in mitentem retorquetur. Ita conuictum, in fortem, & constantem virum tortum, recidit in conuictum facientem.

Ut rex mundi magna curat, parua relinquens fortunæ,
quemadmodum dicit Euripides. Ita princeps non nisi in gra-
uibus, & arduis negociis exercetur.

Alexander Bucephalū iam senē, ab aliis equis gestandū cu-
rare solet, donec ad hostē ventū esset, vt iteger ad pugnā ve-
niret. Ita senū magistratū vtendū opera, ut eis adimat quan-
tum potest laboris, ad necessitatem vsus illorū reseruetur.

Gubernator quædam suis manibus facit, quædā per alios,
& aliquando aliis ad clauum admittis, ipse in proram demis-
sigrat. Sic in repub. non debet vnus occupare omnia munia,
sed aliis vicissim dare locum. Rectius enim fieri, quæ multo-
rum manibus peragantur.

Histrion, sic affectus ac mores, addet fabulæ de suo, vt præ-
scriptū tamen, & numeros non prætereat. Ita qui magistratū
gerit, sic administret, vt præscriptum regis non exeat.

Non est infirmior manus, quod in digitos sit dissecta, sed
ad operandum agilior. ita negocia multis communicata in
republica plenius conficiuntur.

Vt qui nō consueuerit neq; cenare, neq; lauare, nisi ex præ-
scripto medici, ij nec sanitate fruuntur. Sic qui omnia ad prin-
cipis iudiciū refert, reddit eos dominos plusq; vellet ciuitas,
vt nihil iam nec recte fieri possit, nisi principis arbitrio.

Medici morbos quos nō possunt prius tollere, ad sūma corporis
in apertū euocāt. Sic magistratus si clā ciuitatis vitis mederi nō
pōt, vt q̄ minis medicis ac pharmacis, hoc ē supplicis egeat.

Medicus multo educto sanguine corrupto, paulū innoxij
cibi, ministrat. Sic princeps sublatis multis malis, ac nocenti-
bus, leui gratia, & humanitate molestiam eam mitigabit.

Vt qui præternauigatis syrtibus, iuxta portum frangit na-
uem, nihil magni fecit. Ita qui vno, atq; altero magistratu re-
cte gesto, in summo naufragium facit.

Vt statuæ male libratae, sæpius subuertuntur. Ita nimius
honor per inuidiam euertit multos.

Ex aluearium strepitu, ac tumultu colligunt apes recte va-
lere. contra ex quiete rempublicam.

Ex festuca incensa, aut lucerna neglecta domi, nonnunq̄
conflagrat vrbs tota. Sic ex priuatis odiis, ac dissidiis publica
pernicies oritur.

Diffimile.

Aer qui est in auribus, nisi tranquillus sit, & carens propria voce, sed tinnitu, ac tumultu plenis, nō exacte recipit ea quæ dicunt. Sic ea pars, quæ phræ dicta iudicat, si quid intus obstrepat, & obrinniat nō recte iudicabit, quæ foris accipiuntur.

Diffimile.

Morbi corporis pulsu, & colore deprehenduntur, eorumq; aduentum calor, & lassitudo prænuñtiant. At animi morbos, pleriq; non intelligunt esse morbos.

Vt est incitium sanitatis, sensus morbi. ita correctionis incitium, agnoscere culpam.

Vt difficillime sanantur, qui sui sensu carent in morbo, velut lethargici, ac phrenetici. ita difficillime reuocantur ad bonam mentem, qui non agnoscunt sua vitia.

Vt periculosior tēpestas, quæ non finit in portū appellere, quā quæ vetat nauigare. Ita grauiores animi motus, qui non sinunt hominem consistere ratione perturbata, sed præcipitem auferunt in tempestates.

Qui corporis morbo laborāt, quieti se tradunt, medicū accersunt, abstinent. qui ægrotant anio, quo grauius ægrotant, hoc magis abhorrent a quiete, & a medico.

Vt ex igni & terra veluti necessariis, cōpositus est mūdus. iuxta Platonem, terra soliditatem conferente, igni calorem ac formam. Ita magna imperia non parantur nisi misceatur cum fortuna virtus, & altera alteri sit auxilio.

Vt mūdus non erat mūdus, minutioribus corpibus adhuc sparsim uolātibus, & elabētibus. Solidioribus & o inter se depugnātibus, sed tēpestatis, erroris, tumultus, plena erant oia. Donec terra ex his accepta magnitudine, seipsam figeret, aliiq; in se stabile præberet sedē. Sic magna impia plena tumultus, donec aucta potentia, etiā finitimis regibus stabilitatem præstat, vt terris cæteris elemētis circumferentibus sese.

Vt nauis multis ictibus cōpingitur, clauis, paxillis. deinde ad tēpus aliquantū relinquit. donec coherescat clauis cōmissus req;. deinde tuto sulcat maria. Sic ciuitas multis sudoribus cōditur, donec aucta tpe, tutā, ac tranquillā vitā præbeat ciuibus.

Qui venantur bestias, induunt exuuiū cerui, qui aucupant aues, plumatis vtuntur tunicis, cauentq; ne tauris appareant in veste purpurea rubra, aut alba Elephantis, qd hoc colore irritetur. Sic qui velit serā nationē cicurare, domareq;, moribus,

13

ac vestitu, semet illi ad tēpus accōmodet necessum est.

Vt aeris circumfusi temperies elicit terræ fertilitatem. Contra cœli inclementia, vitiumq; premit, atq; extinguit. Ita fauor & benignitas principis, excitat honesta studia. Rursum tenacitas, & odium extinguit artes.

Vt ceruis frustra sunt ingentia cornua, cum desit animus. Ita non satis est opibus pollere, nisi fortitudo accefferit.

Vt cyclops exoculatus manus quoquo χ sum porrigebat, nullo certo scopo. Ita magnus rex, cui desit prudētia, quiduis aggreditur ingenti rerū tumultu, sed nullo iudicio.

Quemadmodū imperiti artifices, cum statuis exiguis magnas subdunt bases, magis conspicuā reddunt illarū exiguitatem. Ita fortuna si pusillo animo munus amplum addat, indicat & arguit magis animi humilitatem.

Vt ferrum si non vtaris obducitur rubigine. Sic animi vigor, nisi negociis tractandis exerceas.

Qui simul & remp. tractat, & artem exercet sedentariam, perinde facit, atq; ille, qui mulierem ingenuam, ac probam detracta stola, datoq; præcinctorio in officina detineat.

Vt Hercule parū decebat, exuto leonis exuuio vestis milesia, cū seruiret Omphale. Sic partim decorū ciuili viro, deposita, quā gessit psona, ad ociosā, ac voluptariā vitā se cōferre.

Ignis semel accensus facile seruatur. Extinctus haud facile redaccenditur. ita famam tueri facile est, extinctam non facile est restitueri.

Deliacum nauigium, dum subinde sarcitur, & reconcinatur, veluti perpetuum in multa sæcula redditur. Sic famæ semper aliquid adiiciendum, ne collabatur.

Canis ignotos allatrat, erga notos mitior secundum Heraclitum, sic inuidia nouos homines, & nuper effectos potissimum inest, in notos iam mitior.

Flāmam primū emicantē, multus comitat̄ fumus, qui quidē euanescit, iam inualescēte, et explicāte se flāma. sic res egregias aggredientē initio multa p̄mit inuidia, donec aucta gloria inuidiæ fumū discutiat. Nam fumus glorię, inuidia est.

Vt stultus, qui aduersis ventis (& vndis) nauigat, orta tranquillitate portū perit. Sic qui tū negociū relinquit, cū diu iam cū inuidia luctat. Deinceps citra inuidiā viuere possit.

A V

Inuidia

Inuidia

b

Vt difficillimū, ac periculosum est annosas arbores, quæ iā late sparsere radices reuellere loco, & alio transplantare. Ita tempu. longo répore suis inueteratā institutis, ad aliam vitæ rationē traducere non licet, citra maximos rerum motus.

Vt ferrum, aut æs vsu splendet. Sic exercendis negociis enitescit animi vigor.

Vt gaudent, qui a furiosis dominis aufugerunt. Sic gaudent debent senes, qui ætatis beneficio libidine non infestant.

Ibin aiunt vbi consenuit, iamq; quod erat turbidum, expririt, magis aromaticè olere. Sic gloria senum tranquillior, & consilia sedatioa.

Vt aqua vino admixta, reddit illud moderatius, & sobriæ nymphæ, deū temulētū cōpescūt. Sic i rep. senes admixti, iuuenū temeritatē, & abitionē reuerētia sui, reddūt moderatiore.

Vt in scena *δουφόρμια* tantū ostendit, nec loquens quicq; nec agēs. Sic princeps, qui vestitu & titulo tantū principē agit, nihil aut curat eorū, quæ vere sunt principum officia.

Vt arcus tensus rumpit. Sic animus remissus frangitur.

Diffimile.

Vt cantor senex, nō omittit artem, nec abiicit lyrā, sed leui ores sequit harmonias, & vocis fugitat contentionē, iuuenibus aptiore. Sic in senectute non oportet a rep. profus desistere, sed eligere negocia remissiora, quæ cōueniunt ætati.

Diffimile.

Athlete abstinent a laboribus necessariis, vt in non necessariis valeant. nobis contra faciendum.

Qui equos domant, primū blandiuntur, ac mollissime tractant, vt asuescant freno. Sic populus lenitate subeundus.

Vestalibus tempus erat præstitutum. Primum in quo discerent, Alterum, in quo exercerent. Tertium in quo docerent. Idem fiebat in sacerdotibus Ephesiæ dianæ. Itidem faciendum ijs, qui rempublicam gerunt.

Diffimile.

Arbores inuidæ, verulæq; subnascētes arbusculas vmbra sua premūt, nec sinūt efflorescere. Non sic facien dū, senioribus magistratibus, sed inuitadi potius, & adiunadi iuuenes.

Remedia statim mordent, vel offendunt. postea conferunt salutem & voluptatem. Ita salubria monita, initio sunt non nihil amara, postea correcto iucundissima.

adulatores

Infantia alendi equos, nō consequitur lenticulam, sed arua frumentifera. Sic adulatio, nō infestat pauperes, atq; humiles,

Chameleon, omnem imitatur colorem, præterq̄ album.
Sic adulator, in turpibus nihil non imitatur, solum quod honestum est, imitari non potest.

Ut imperiti pictores, cum pulchra non queant assequi, rugis, & verrucis exprimunt similitudines, Sic adulator refert, intemperantiam, iracundiam amici.

Bene olet vnguentum, bene olet & pharmacum. Verum illud ad nihil vtile, nisi ut deleat, hoc præter odorem maiorem habet vtilitatem. Sic adulator, tantum iucundus, amicus etiam vtilis, & necessarius.

Pictura colores habet iucundos. Sunt & pharmaca grati coloris. Sic amicus ideo delectat, ut iuuet, adulator tantum delectat.

Medicus si res postulat, aliquando crocum, & nardum iniicit, & lauat suaviter, et pascit humaniter. Sic amicus aliquando blandus est.

Quidam Tauris cæstrum, canibus crotonem in aures immittunt. Sic adulator in aurem admissus, haud facile excutitur, sed transuersum agit, quo lubet.

Pictores illustant lucida appositis vmbri & obscuris. Sic adulator laudans diuersa vitia, in aliis, in amico nutrit, ac fouet, quæ adsunt.

Ut oratores aliquoties aliam personam loquentem faciunt, vel fidei causa, vel ut inuidiam fugiant. Sic adulator narrat, quæ ab aliis de amico audierit etiam si non audiit.

Palestrite, corpus humiliant, ut alios deiciant, ita quidam seipos vituperant, ut videantur admirari familiares.

Ut pictura est tacita poesis, ita. Silentio quoq; laudat adulator, nempe vultu, nutuq; & obsequiis.

Ut qui venantur facilius fallunt feras, si aliud agentes hoc est iter facientes, agricolantes. id faciant. Ita maxime laudat adulator, cum non appareat eum laudare.

Si ager laudando redderetur fertilior, non minus laudandus esset, q̄ arandus, aut stercoreandus. Sic amicus si redditur laude melior, expedit aliquando laudare. Sin minus, quorsum pertinet inutilis palpatio.

Ut Patroclus, in bellum proditurus, reliqua quidem Achillis arma sibi sumpsit, solam hastam, ut grauem, ac præualidam

non attigit. Ita adulator omnia veri amici Symbola imitatur, præter solam admonendi libertatem.

In Menandri comœdia inducitur falsus Hercules, clauam gestans, non robustam, sed inanem ac leuem. Sic adulatoris libertas, mollis est & blanda.

Vt puluïnaria mulierũ quanq̃ vident̃ reniti, ac resistere capitibus, cedũt magis, et accõmodant sese. Sic libertas adulatoris, tumet quidem, sed in se recipit inclinantem.

Vt mel exulcerata mordet, ac purgat, alioquin utile & dulce. Sic amici libertas, non mordet, nisi si quid est vitiosum & corrigendum.

Qui in leuibus nugis obiurgat amicum, in grauibus rebus tacet, idem facit, quod Alipres sinens athletã inebriari, & libidinari, circa lecythum dumtaxat difficilis, ac morosus.

Item quasi præceptor puerum de stilo, ac tabula obiurget, barbarissimum, aut solecissimum cõmittentem dissimulet.

Item quasi malus orator, nihil ad argumenta respondens vocem, aut codicillos indiligenter scriptos caluminetur.

Item perinde ac si quis, hominis tuberibus, ac fistulis laborantis, medici smilio pilos, et vngues fecet. Ita adulator libertate vitur in iis, in quibus non est opus.

Vt si quis merum, alioqui conferens aduersus cicutam, admisceat illi, venenũ reddit immedicabile, quod calore vim veneni protinus deuchit ad cor. Ita adulator, intelligens libertatem esse remedium aduersus adulationem, eam ipsam adulationi admiscet, quo magis sit noxia.

Vti medicus dat operam, quo sanitatẽ tueatur, & augeat. Ita facit amicus. At adulator, vlcerosas titillat partes.

Sunt cibaria, quæ neq; sanguini conferũt, neq; spiritibus, neq; neruis, neq; medullis. Sed pudenda tantũ mouent, uentrem inflant, corpus turgidũ reddũt. Talis est adulatoris oratio, vitiosa tantum auget, & irritat, alioquin infrugifera.

Vbi corpus vitiosis inflatum humoribus, ibi adlunt bubones. Sic vbi irascitur, amat, odit amicus, id premit adulator.

Vt tragœdiarum histrionibus, choro opus & amicis continentibus, teatroq; applaudente. Sic qui gaudent adulatoribus, nihil agunt, nisi sint qui applaudant.

Quẽadmodũ iuxta Mathematicos, Supficies & lineę, nec

inflexunt, nec producuntur, neq; mouent per se, cū res sint ir-
relligibiles, sed inflectuntur, pducuntur, & migrant pariter
cum ipsis corporibus. Ita adulator, suapte affectu non moue-
tur, sed cum irato amico irascitur, cum gaudente ridet.

Animal in intimis vires habet maxime proprias. Sic ami-
cus nihil ostentat, sed tum cœlat, cum maxime iuuat.

Vt medicus & non sententem sanat. Sic amicus etiam si
ignoretur a micum iuuat.

Vt mala pictura, fractis vestibus, rugis & angulis rem re-
presentsat. Sic adulator, sudoribus, clamoribus, amicum imi-
tatur, nihil exhibens syncerum.

Simia, cū nec domū possit seruare, more canis, nec onera
gestare quemadmodū equus, nec arare sicuti boues, parasita-
tur, ac risum mouet. Sic adulator, cum in seriis ac grauibus
rebus nesciat esse vsui, voluptatum minister est.

Quidā male pinxerat gallos gallinaceos, iussitq; puero, vt
veros gallinaceos pcul abigeret a tabula, ne collatiōe depre-
henderet. Sic adulator veros amicos, pro viribus abigit &c.

Pharmacum nō adhibitum in loco, dolet, absq; fructu. Sic
obiurgatio non vt debet admora. Atq; idē facit amicus cum
molestia, qd adulator, cū voluptate, ledit enim vterq;.

Qui lignum ob imperitiam rectum facere nesciunt, distor-
quent in diuersam partem. Sic quidam fuga uitij in aliud vi-
tium incidunt grauius.

Vt medico carnē secante, manus concinnitatē quandā &
elegantia seruat, abest aut saltatoria gesticulatio. Ita libertas.
admittit vrbansitatē, seruata grauitate. Adulator risibus, scur-
rilibusq; iocis libertatē, veluti malis condimētis edulcat.

Ignauī canes apud mensam audent, in venatu minime.
Sic ingenerosum est, cum sobrius libere loqui non audeas,
inter pocula id facere.

Aqua delabitur vbicunq; cauū, ac declinū locū reperit. Sic
adulator vehementer vrget, si quid lapsus est amicus.

Vt picuita paulatim collecta, tum maxime apparet, ac vin-
cit, cum natura vincitur. Sic quidam amici, potentes admo-
nere non audent, nisi labantur, & cōmutata fortunæ aura
sunt humiles facti, tum obiurgant.

Sanus fert si exprobres intemperantiam, libidinē, luxum,

eadem non feret ægrotās. Sic admonendus amicus, cum de
suerit irasci, aut amare.

Nutrices pueros lapsos non obiurgant ac puniunt, sed ac-
currentes erigunt, deinde obiurgant. Sic amicus cum affligi-
tur adiuuandus est, & erigendus, postea monēdus, & obiur-
gandus, quod suo vitio in eam calamitatem incidit.

Vt rupturæ, & spasmodica tum demū mouent, cum corpus
aliquo malo corripit. Sic amici non ingenui, foelicibus adu-
lantur, lapsos obiurgant, & illorū infortunio fruuntur.

Oculo lippenti, non est admoendum lumen, nec ani-
mus affectu laborans, admittit grauem admonitionem, sed
admiscenda laus est, ac sic medendum.

Qui in rebus leuiculis acriter obiurgat amicū, perinde fa-
cit, ac si medicus amarum, & acre pharmacum, ac sumptuo-
sum, in leuissimis morbis passim admo ueat.

Veluti si quis laborat epatis uitio, medico ostendat vngues
exulceratos inepte faciat. Ita qui grauibus laborans malis, de
nugis consulat amicum.

Ferrum prius calore solutum ac mollium, postea frigida
durefcit, ac solidatur aqua. Sic amicus prius laude delinitus,
mox libere admonebitur.

Vt bonus medicus maualt morbo mederi, somno, cibog
q̄ scammonio, aut castorio. Sic amicus, pater, præceptor, ma-
gis studet laude eorrigere q̄ obiurgatione, si liceat.

Quemadmodum medicus vbi secuit carnem, non statim
deserit sectum, sed rigat ac lenit. Sic qui acrius obiurgauit, de-
bet reliqua vitæ consuetudine lenire eam molestiam.

Vt statuarij ictibus incidunt lapidem, postea poliunt atq̄
equant. Sic amicus obiurgationem lenitate mitigabit.

Vt custos affidens puero, cauet & admonet, ne quid pec-
cet. Sic ratio semper animo præsens non sinit vsq̄ labi, aut
peccare.

Vt imperiti statuarij pulchram existimant statuam, quæ sit
vastissima mole. Sic reges nonnulli, fastu et asperitate se egre-
gios principes videri putant.

Vt Colossi foris insignes deum aliquem repræsentant, in-
tus pleni luto, clauis, sordibus. Ita rex purpura, equis, sa-
tellicio magnificus, in animo nihil habet præter sordidos af-

festus, & iusticiam.

Dissimi.

Statuæ magnitudine, molæq; sua librantur, & consistunt
at reges stulti, subuertuntur.

Regula primum recta sit oportet, deinde quæ applicentur
corrigat. Ita princeps, primum ipse vitiiis careat necesse est,
deinde aliis leges præscribat.

Vt lapsus non potest erigere lapsum. Ita malus & stultus
princeps, non potest emendare populum.

Vt deus in cœlo pulcherrimū, ac iucundissimum sui simu-
lachrum constituit Solem. Sic in repub. principē qui prudentia,
iusticia, benignitate se erga omnes representet.

Vt deus irascitur, qui fulmen ac tonitru imitantur, eosq; in
tartara præcipitat, vt Salmonē. Sic superbis & latis indignat,
qui magnitudinē emulantur, non exprimunt bonitatē.

Vt canes ouium custodes, excubias agunt, non sibi timen-
tes sed ouibus. Ita rex, non tam sibi debet timere q̄ populo.

Sol iucundissimus est, iis qui possunt intueri. Ita princeps;
iis qui amat iusticiam.

Vt in magna tēpestare, validissimo clauo, optimo guber-
natore, plurimis fulturis opus est. Ita magnas & turbulentas
res administranti summa opus est sapientia.

Vt in malis somniis nōnulla turbat animū ægritudo, sed
p̄terea nihil efficiūt. Sic mali sed ipotētes nō admodū ledūt.

Quemadmodū fulgur prius emicat, q̄ audiatur tonitru,
quod sonitus auribus excipiarur, lumini visus occurrat, &
sanguis prius apparet, q̄ vulnus. Sic princeps aliquādo, prius
condemnat, q̄ redarguatur delator.

In magno fluctu, non sistitur nauis, nisi pondus anchorę re-
tineat alto infixę vado. Sic in magnis rerū procellis, summa
ratio debet animum cohibere, ne ab affectibus auferatur.

Sol cum maxie tollitur in altū, arduus ad polum Septem-
trionalem, tum minimū mouetur. Ita, quo maior est pote-
stas hoc magis coercenda est animi temeritas.

Qui morbo comitiali sunt obnoxij, frigore deprehendun-
tur. Nam ilico capitis vertigine laborant. At indoctos si pau-
lulū euexerit fortuna, protinus arguit cuiusmodi sint.

Vt non queas cognoscere vas integrū sit, necne, nisi liquo-
rem infunderis. Sic hominem, nisi imperium cōmiseris.

ad reges & principes

ad profanos &
profanos

Vt medicus libentius sanat oculos, qui pro multis videt, multosq; custodit. sic philosophus libentius principis animū instruet, qui pro multis sollicitus est.

Non fodit puteos, qui fontes habet, aut nouit. nō petit aliunde qualecunq; consilium, qui ipse didicit philosophiam.

Ixion Iunonē amans, in nubē incidit. Sic quidā dum verā experunt amicitiam, vulgare ac falsam amplectuntur.

Inter Agathallos, & Acāthylides tantū est odium, vt si sanguis eorum vi misceatur, continuo separent se rursus, ac disfiliant. Sic inter patricios & plebem, etiam si quando pro re rum vsu coniungūtur, durat tamen vsq; odium naturale.

Vt cantharides maxime leto tritico innascunt, & rosiflorentibus. sic inuidia maxie comitat eos, qui virtute florent.

Vti sol si immineat hoīs uertici, aut prorsum tollit umbrā, aut minimā reddit. Sic ingens gloria extinguit inuidiam.

Vbi nullum lumen, ibi nulla umbra. Ita vbi nulla fœlicitas, ibi nulla inuidia.

Qui inuidēt amicoꝝ fœlicitati, nolunt eos prorsus subuertit, sed tñ grauant illoꝝ excellentia. vt qui vicini domū nolint oīno demoliri, sed satis hñt, si detrahāt qd̄ obscurat pximas.

Vt vnguentum non solum delectat olfactum. verum etiā remedio est aduersus male olentia. sic in malis bonorum memoria consolatur.

Vt semel admissum intro hospitē non facile expellas. Ita luctum receptum tua sponte non possis cum velis depellere.

Qui lippunt aut alioqui laborant oculis, non sinunt alios admoliri manū. At qui lugent, quibusuis sese tractandos exhibent, vt malum quo laborant exacerbetur.

Vt mestis conducit, si se ad lucem conferant e tenebris. Ita lugentibus, si a tristibus cogitationem ad leta transferant.

Quidā Homeri versus Acephalones. i. capite diminutos, & καὶ ὀφθαλμοῖσιν. i. cauda diminutos excerpunt, tā multa integra pulcherimæq; prætermittentes. Idem faciūt, qui de paucis vitæ malis queruntur, dissimulatis tot cōmoditatibus.

Auari cū multa congerāt non fruunt præsentibus, sublata deplorant. Sic qui lugent extinctos, viuīs non fruūtur.

Vt auis capta, si diutius alatur in carcere, etiā si dimittatur studet eo redire. Sic animus diu uersatus in hoc corpore non

B

Inuidia

Dissimile.

pulchre

facile reuellitur. At puerorū animis lubentius euolat.

Quemadmodum ignem, si extinctum subito facem ad-
moueat, statim redaccenditur. Sic animus si statim euolet a
corpore, facile redit in suam naturam.

Vt vestes videntur addere calorem homini, cum per se
sunt frigide, non addunt autē, sed eum qui est in corpore tu-
entur. Sic opes videntur dare iucundam vitam, cum ea pro-
ficiscatur ab animo, non a rebus externis.

Vt qui febrī laborant, e diuersis diuersa capiunt, hoc est e ca-
lidis frigescent, e frigidis calescent. Sic & diuitiæ molestiam
adferunt stultis, & pauperas gaudium sapienti.

Vt fonti non deest humor, semper ex eo scatenens. Sic probro
viro semp̄ adest gaudiū, etiamsi res externæ murent̄.

Vt honoratior domus, si luceat ignis, quemadmodum in-
quit Homerus. Sic fortunæ cōmoda splendidiora, iucundio-
raq̄, si animi gaudio condecorentur.

Vt aromata pannos, ac laceras vestes, odoratos reddunt,
contra byssus sudore infecta male olet. Sic queuis uita iucun-
da, si virtus accesserit. contra, malicia etiam quæ splendida
videntur, molesta reddit, & intolleranda.

Quidam

Quidam in foro fœlices videntur, domi moribus vxoris
cruciantur. Sic diuites foris fœlices apparent, intus malicia
noctes, diesq̄ discruciat.

Diffimile. A praua vxore facile diuortium feceris, malicia visceribus
insidet, nec potes repudium scribere.

Vt quos dolentes sopor occuparit, tristitia somniat. Ita qui
inuidia, superstitione, avaritia laborant.

Vt vxor mala foris ob pudorem est modestior, domi sui
similis est. Sic malicia apud alios premit sese, infomnis ape-
perit. Nam tum incescat matrem, aut sororem, aut veneno
tollit amicum.

Vt corpus non est capax voluptatum, nisi bene tempera-
tum. Ita animus non capit veram voluptatem, nisi liber me-
tu, ac cæteris affectibus.

Quemadmodū agricola syluestribus securim, aut igne ad-
mouet, ac funditus extirpat. vineas vero, atq̄ oleas amputat
cautim ac circumspēcte, ne forte superuacua refecans, ledat
& id, quod sanum est. Sic philosophus ex animo iuuenuna

libidinem, auariciam, inuidiam, penitus reuellet. Cæterum pudorem immodicum cautim emendabit, ne simul omnem euellat iracundiam.

Nutrices sæpius extergentes fordes puerorum, aliquando carnem auellunt. Ita dum quædam vitia nimis anxie conamur emendare, ledimus.

Vt qui demoliuntur ædes templis vicinas, quæ contigua sunt ea sinunt, ne quid sacri quoque demoliantur. Sic quædam vitia caute sunt corrigenda, quæ cum virtutibus proxime cohererent.

Vt locus supinus ac mollis, nihil expellit, quod inciderit, nec potest auertere. Sic animus vitiosa præditus verecundia nulli peruius est, nisi turpibus affectibus.

Vt qui lucernam non ferunt, multo minus ferent solem. Sic qui mediocribus rebus perturbantur, multo magis obstupescunt in magnis.

Vt amphoræ facile circumaguntur auribus. Ita quidam quouis sermone huc, aut illuc impelluntur.

Viator qui semel in saxum impegerit, aut gubernator in rupem, non solum horret eadem, verum etiam similia. Sic qui vitium agnoscerit suum, etiam a confinis cauebit.

Vt manus eadem in varios dissecta digitos. Sic multorum charitas, eos vnum reddit, discretos tamen.

Vt in corpe ex humidi, frigidi, calidi, sicci, temperatura optima fit constitutio. Sic ex fratrum concordia maxime floret genus,

Vt morbus in corpore non admittente, quod proprium est. multarum noxiarum, & absurdarum rerum gignit appetentiam. Ita calumnia, suspicioque aduersus cognatos, & domesticos, malas & noxias aliorum necessitudines inducit.

Qui reiectis cognatis, peregrinos asciscit amicos, pinde facit, ac si quis amputato pede carneo, ligneum pedem addat.

Vt insaniat, qui fratris imaginem veneretur, corpus pulset, ac verberet. Ita stultum fit amare in adoptiuum nomen, verum fratrem abdicare, aut odisse.

Vt quæ glutino commissa sunt, si soluantur facile reglutiuntur. at si corpus rumpatur, haud facile coit. Sic inter alios amicitia dirupta facile coit, in fratribus semel dirupta, aut non coit, aut cicatricosa coit.

Arms pditis, aut instrumētis, licet alia parare, corpus aliud

parare nō queas. Sic amicos alios inuenies, fratres non item.

Ex eadem materia prima, natura sunt elementa inter se diuersissima, pugnantissimaq;. Sic aliquoties ex iisdem parentibus nascuntur fratres ingenii dissimilimi.

Subduc materiam, extinguetur ignis. subduc occasiōem, conuiescit odium, siue inuidia.

Vt ciuiles seditiones rectius in hostes transferimus. Sic rectius inuidemus alienis, q̄ fratribus. etiam si sit optimum, omnino non inuidere.

Vt in balance, altera surgente, altera cedit, ac deprimitur. Ita frater euecto ad maiora, fratri cedere debet submittens se fe non repugnans.

Vt in numeris minores additi maioribus eos multiplicāt, & vicissim multiplicant ipsi. Sic frater obseruiens fratri, euecto ad honores, & auget illius dignitatem, & vicissim ornatur illius splendore.

Vt in digitis, etiam qui scribere, aut canere nesciūt, tamen vna cum illis mouentur, & obsequuntur. Sic fratres fratribus magistratum administrantibus adesse conuenit.

Vt feris bellum est, cum ijs quæ iisdem aluntur, cū cæteris pacem agunt. Sic inuidia & æmulatio inter eiusdē artis professores, nam pugili cum cursore conuenit.

Vt cōuenit amātibus, diuersas amicas, in eandē depereūtibus male cōuenit. Sic dissident qui eadē ex re gloriā affectāt.

fraternitas
Dissimile. Qui diuersam ingrediūtur viam non possunt sibi mutuo prodesse. at qui diuersa vitæ ratione vtuntur, adimunt inuidiam, ac magis sibi inuicem sunt auxilio.

Vt macula statim eluenda, ne in herescat, & difficilius eximatur. Ita dissensio fratrum, illico tollenda, ne gignat odium.

Vt si buboni accedat febris, nihil est periculi, verū si sublato illo tamē morbus perseueret, videtur alius egisse radices. Sic fratrum dissensio, quæ cessat lite finita causæ erat, non ipso rum. at si manet etiam dum negotio confecto, iam negociū pretextus erat, non causa, sed exulceratus animus in cā fuit.

Vt aqua in locos hiantes, ac diductos influat, ac magis eos diuellit. Ita qui dam irritant fratrum dissidia.

Vt amici detestatur saxum, aut canem incurrentē, qui eos dirimat. Sic execrari deberent hoies caninos, qui maledicētia

sua dirimunt necessitudinē, mutuamq; beniuolentiam.

Cassiteris, id est stannum, vel plumbū album, æs ruptum ferruminat, virumq; contingens propter affinitatem cum vitroq;. Ita amicus amicitiam, ac beniuolentiā disruptam reconciliare debet, vtriq; sese accommodans ex æquo.

Vt non implet vas qd semper effundit, nihil accipit. Ita non accipit sapientiā, qui semper loquitur, nunq; auscultat.

Erat porricus in olympia, quā septiuocam vocant, qd pro vna voce, multas redderet. Ita locutulci qdam, vel vno pro uocati verbo, sermonem immensum ferunt.

Vascula inania maxime tinniūt. Ita quibus minimū inest mentis, hi sunt loquacissimi.

Atunt semen, quod statim effunditur, inutile esse ad generaturam. Ita sermo garrulorum, ad nihil conducit.

Vt ædium ostio carētium, & crumenarum absq; vinculis nulla est vtilitas. Ita multo magis oris claustro carentis, nullus est vsus.

Vt triticum inclusum in vase, mensura auctum inuenitur sed viciatum. Sic garrulus accepto sermoni semper addit, & maiorem reddit fide iam carentem.

Qui abigit hoīes cesto Veneris, a venere videat̃ alienus. Sic qui oratiōe molest⁹ est, & reddit inimicos, a musis est alienus et utēdi ignarus, qñquidē oratio ad cōciliādos hoīes est repta.

Vti monas non exit suū finem, sed semper in vno manet, vnde & nomē habet. Duas aut̃ inīcium differentīæ infinitū, protinus enim per se duplicatur, ad multitudinem. Ita sermo, donec apud vnum manet, vere arcanus est, & secretus, quod si ad alterum transierit, iam spargitur in famam.

Vt procliuæ non est auem e manu emissam recipere, aut cohibere. Ita nec dictum semel ab ore profectum, propterea quod ab aliis volat ad alios.

Non vt nauem arreptam fluctibus, ancora licet sistere. Ita verbum e portu, velut in altum emissum.

Vt vas experiamur, aquam non vinum infundimus. Ita friuolum quiddam aliquando cōmittendum amicis, quo silentij fidē experiamur, vt si effutiant, nihil sit periculi.

Vt puer glaciem, nec retinere potest, nec vult amittere. Ita garrulus nec tacere potest, qd accepit, nec potest obliuisci.

B iij

Loquales

Diffimile.

Iaculos & vipersas sui rumpūt fœtus. Sic garrulus, vel cum sua perniciâ promit arcana.

Egroti ob odiū amari, & graue olētis pharmaci, ipm etiā cyathū oderūt. Sic qui tristia nūciant, & ipsi habent inuisi.

Vt pars corporis vitiosa attrahit etiam a vicinis vitiosos humores. Sic garruli lingua semper ardens, & inflammata, secretorum aliquīd vndiq; collegit ad sese.

Vt rupes obiicitur flumini, ne se effundat. Ita ratio linguæ obitienda, ne temere diffluat.

Grues cum ex Cicilia deuolant, lapillos in os sumunt, atq; ita taurum montē aquilis plenum tuto transuolant, idq; noctu, ne vox prodat. Ita tutissimū vbiq; silentium.

Vt egregius artifex iaculandi, statim scopum petit. Ita qui pauca loquitur, sed ad rem.

Celtiberi ita ferrum temperant, ac durant vt in fossō in terram, quod est terreū auferatur, ac repurgeretur. Sic laconicus fermo sublacione superuacui fit penetrantior.

Vt singula hastilia, facile frangas, coniuncta non possis. Ita dissimiles facile superantur, concordēs haud facile.

Non idem finis sermonis qui cursus, iuxta Sophoclē, nam illic vincit qui præuenit. hic qui magis ad rem dixit, non qui celerius, imo vincit sæpe, qui posterior dicit.

Qui aliis interrogatis ipi præripiūt respōsionē, p̄inde faciūt ac si quē ab alio volentē osculari, priores occupent.

Vt ubi dolet, ibi manū habemus. Ita si quid delectat, ibi linguam habemus. i. libenter eius rei facimus mētionem.

Vt canes, si iram effuderint, in lapidem, aut saxum mitiores sunt erga homines. Sic qui bilem in alienos euomerit, placidior est erga suos.

Qui de natura queritur, quod quēdā genuerit homini noxia dissimulatis tot bonis, perinde facit, ac si quis Nilum calumnietur alioqui frugiferū Aegypto quo crocodilū habeat, aut aspidem, nec postea velit frui prognatis frugibus, sed tantum queratur de venenis quæ nutrit. Aut si quis in copiosa oratoris oratione, quæ multis exuberet virtutibus, de pauculis oculis temere elapsis cauilletur.

Plato vetat aquam a vicinis petere, nisi prius domi foderis vsq; ad terram, quam Ceramitidem vocant, teppereritq;

pulchre

Dissimiles.
le.

E

non esse spem venę. Ita prius excutiendum, vt parsimonia,
aliaue via tibi suppedites priusq̃ a mensariis pecuniam mu-
tuam peras.

Templū Ephesię Dianę tutos reddebat obęratos a credito-
ribus, at multo magis frugalitas, & parsimonia p̃bet asylū.

Lepus simul parit, & aliud alit, & rursum superferat. Ita fe-
nerator. Sic æs alienū, priusq̃ conceperit parit. Nā dantes sta-
tim petūt, et ponētes tollūt, et fēnerāt, q̃d pro fēnore accipiūt.

Vt ignis inualescens, alia post alia corripit. Sic vsura.

Vt equus semel accepto freno, fessorē alium post aliū fert.
Sic qui semel inciderit in æs alienū, nunq̃ explicatur.

Qui in lutum inciderit, eum oportet, aut surgere, aut ma-
nere, nam si se voluat, magis etiā inquinatur. Sic qui rem
habet cum fēneratoribus.

Cholerici qui purgari nolūt, sub tēpus, collecta indies ma-
iore bile, postea grauiter discruciant. Sic qui sinunt fœnus ac-
crescere, cum adest dies, grauiter e capite laborant.

Qui dicunt, carebo domo, carebo famulitio, ne debeam?
perinde faciunt, ac si hydropicus dicat medico. ergo gracilis
fiam, & inanis, nam nihil refert q̃ gracilis sit, modo sanus.

Vt pedem aut manum, si computruerit, data mercede rese-
camus. Ita domus, aut famuliciū abiiciendum, vt liberemur
are alieno, hoc est vt liberi fiamus.

Vt in calamitatibus firmissimi, atq; optimi amici adsunt
utiliter. Sic & sermones optimi.

Vt nandi imperiti, dum volunt succurrere, ijs qui p̃focant̃
ac mergunt̃, vna cū illis mergunt̃, & nocēt magis q̃ profunt
Sic amici qui in rebus aduersis tantū collachrymāt amico.

Non quemadmodū in tragœdiis. Ita nobis in calamitati-
bus opus est, qui comploret, & collachrymet.

Corpus oneris pondere premitur. at animus ex sese sæpe

Diffimilis

le.

Quæ natura sunt amara, his admixtis quibusdā dulcibus
gratiā addimus. Ita res per se tristes ratione sunt alleuiandę.

Diffimilis

le.

Vt Cochleæ semper domū suam secum circumferunt. Ita
quidam horrent peregrinas regiones.

Vt pueris territis personis, damus eas in manus, & verfas
tas ostendimus inanes, vt discant non timere. Ita conueniet

adhibita ratione res specie terrificas excutere, vt cum videris
mus non esse, quod apparent, contemnamus.

Quemadmodum formice, si semel antro, & apes, si semel
aluearibus eici contingat, peregrinantur. Ita quidam, si se-
mel patriam exeant, exules se putant.

Vt naui cui firma est ancora, in quibus portu potest conque-
scere. Ita animus si accedat recta ratio, quis in loco tranquille uiuet

Qui eos foelices dicunt, qui per oia vagantur maria, terrasque
perinde faciunt, ac si quis stellas erroneas iudicet fortunatio-
res fixis, quamquam illis quoque suus orbis est, in quo voluantur,
nec soli licet suos aggredi fines.

Vt qui decretum inferunt ad populum, adscribunt, bona for-
tuna, ne nihil de suo videatur addidisse. Ita quidam alienis li-
bris nugas ascribunt, que nihil ad rem pertinent.

Qui vinum habet acre, & vapidum, nec ut vinum potest
reddere, nec ut acetum. Ita Zenoni τὰ ποικύμενα, nec bo-
na sunt, nec mala.

Primum homines inuaserunt animalia noxia, post & oues
& boues, postremo a nullo genere temperatum est, & Athenis
primum calumniator aliquis supplicio affectus est, et recte, post
hunc vnus & alter, postremo nec a bonis est temperatum. Ita cum
aperit ius in malos, cauendum, ne postea in bonos recidat.

Pueri ludentes petunt ranas saxis. At ille tunc serio emoriuntur.
Sic nos animi causa venamur, sed fere serio occiduntur.

Vt non æque cernunt, cicadae, & accipitres, neque similiter
volant aquila, & perdix. Ita non omnibus, quæ rationis par-
ticipia sunt æque valent ratiocinandi acumine.

Vt os non secatur trama, nisi prius cinere & aceto premollitum,
nec ebur inflecti potest, nisi zutho prius mollescat. Sic fortuna
na non potest reddere vulneratos animo, nisi accesserit malicia.

Vt medica terra, diu retinet semina propter asperitatem, vt
fero emergat. Ita morboque, ac dolorum causam in hominibus aliquo-
ties diu latent, donec voluptas in febrem erumpat.

Vt sapiens gubernator, in tranquillitate, tempestatem ex-
pectat. Ita rebus tranquillis ad dolorem aliquem præparan-
dus est animus.

Vt periculosa est secundum Hippocratem summa corpo-
ris bona valetudo. Ita rebus maxime prosperis, metuenda

diuersa fortuna.

¶ Vt deciduę stellę subito extinguuntur. Ita quos fortuna in summa prouexit, repente solent corruiere.

¶ Vt scarabei, ac vultures offendunt vnguentis, & Scythia iurauit se malle equū hinnientē audire, q̄ citharedum canentem. Ita non omnibus placent optima.

¶ Vt mathematici centro, ac spacio. Ita quidam omnem voluptatem ventre circumscribunt.

¶ Vt Polypi non extendūt sua flagella, nisi ad æsculenta. Sic quidam omnē felicitatem cibo, potuq; metiuntur.

¶ Vt maior dolor obscurat minorem. Sic animi voluptas corporis delectationem.

¶ Vt qui vehementi laborant famę, nec est quod edatur suis ipforū artibus vesci coguntur. Ita quidam præ famę glorię seiplos laudare coguntur, si desit a quo laudentur.

¶ Quemadmodum a piscibus hircanis, nec boni quippiam expectatur, nec mali. Sic Epicurei, nec turbari nos volunt deorum metu, nec delectari beniuolentia.

¶ Si fieri potest lippitudinem auferimus ab oculis, s̄n id non licet, non tū eriuimus oculū. Ita si supersticio tolli prorsus non potest, non tamē protinus credendum, nullos esse deos.

¶ Vt principem simul & metuisimus, & amamus, vt infestū malis, bonis placidum. Sic & deum.

¶ Non quemadmodum quoties cum truculento agimus tyranno, animo sumus anxio. Sic in sacris mysteriis anxium, ac diffidentem oportet esse.

¶ Qui nauem fregit, tamen spe vehitur, nam fieri potest, vt *Dissimile.* corpus natans in terram deferatur. at qui excidit a philosophia totus perit.

¶ Vt Athletę non ferūt coronā, nisi vicerint. Sic bonis viris p̄mia felicitatis nō aū cōtingūt, q̄ pacto huius uitę certamie

¶ Vt austeria remedia, sed necessaria leuant quidē ægrorantes, sed offendunt, & inficiunt sanos. Sic acres obiurgatio vitio medetur, probos offendit.

¶ Stoici qui se dicūt inuictos, improhibitōs, & contra cum omnia secus patiantur, similes sunt nauibus, quibus inscriptū est. *ἐν πλοια καὶ τρώοια σώζουσα καὶ θανάτεια*, hoc est splendiדי, ac magnifici tituli, at nihilo secius interim iactantur flus-

C

etibus cōminuuntur, ac subuertuntur.

Scarabei fugiunt vnguēta, delectantur fœtoribus. Sic non nullis pessima pro optimis placent.

Vt pauperiores aliquando donant munuscula ditioribus, quo plus recipiant. Sic indoctiores prouocamus nonnullos, vt eruditiora vicissim ipsi respondeant.

Accensam lucernam nemo molestæ fert, extinctam dolēt omnes. Ita nasci iucundum, mori inamabile.

Vt non satis soli bonitas, nisi accedat & cultor idoneus, & femina. Ita non sufficit ingenij fœlicitas, nisi accedat doctor, & institutor egregius, & præcepta idonea.

Vt stilla cauat assiduitate saxum, ut ferrum contrectatione atteritur. Ita assiduitas etiam durissima vincit.

Vt curruū rotæ vi inflexæ nunq̄ ad pristinā rectitudinem queūt reuocari, itidē histrionū baculi. Ita q̄dā ingenia sic cōsuetudine, & institutione deprauātur, vt corrigi nō queant.

Vt terra quo melior est natura, hoc magis corrumpitur si negligitur. Ita ingenia, nisi recte excolantur quo sunt fœliciora, hoc pluribus vitiis obducuntur.

Est terra quædam asperior, duriorq̄, quæ tamen culta protrinus ferax reddatur. Sic ingenia duriora natura, institutione mansuescunt.

Nulla fere est arbor, quæ non sterile scat, ac tortuosa fiat, si cultura desit. Ita nullum tam fœlix ingenium, quod non degeneret, citra rectam educationem.

Nullus equus recte sessori paret, nisi arte domitus. Ita nullū ingenium non fœrox, nisi præceptis cicereret, & educatione

Nulla tam fera belua, quæ non mansuescat cura. Ita nullū tam agrestæ ingenium quod institutione non mitescat.

Vt molli materie facile sigillū imprimitur, si dure scat non item. Ita puerorum ingenia facile quamuis recipiant disciplinam. sin ætate dure scat, non item.

Vt agricolæ vallos apponunt arbusculis, quo recte crescant. Ita qui instituit, addit monita, & præcepta ingenis salubria, ne deuaricent in vitia.

Qui diu in vinculis fuerunt, cum soluuntur tamen claudicant, adhuc nec ingredi possunt. Ita diu vitiis assueti, etiam cum ea deserunt quædam retinent vestigia.

Ingenium exercitum
Censuram.

Consequendo

Non satis est habere corpus sanū, verum & bonæ habitus
dinis, ac robustum sit, oportet. Sic ratio non solum pura de-
bet esse & a vitiis immunis, nisi sit & robusta.

Vt plures vrbes præternauigasse pulchrum est, sed expe-
dit vnam incolere optimam. Ita quamplurima sunt cognos-
cenda, sequenda, retinendaq; optima.

Quemadmodū proci cum Penelope potiri non possent,
stuprarunt illius ancillas. Ita qui philosophiam non possunt
affequi, aliis literis se contaminant.

Nutrices vagientibus pueris rursus apponunt papillam.
Sic discipulus offensus correptione, rursus est laude suble-
uandus ne deficiat.

Plantæ mediocri aqua alunū, immodica suffocant. Sic ani-
mus moderatis laboribus adiuuatur, immoderatis obruitur.

Vt sunt vices, somni & vigiliæ, noctis & diei, tēpestatis &
serenitatis, belli & pacis. Ita labores leuandi, ocio & lusibus.

Lyrām & arcū remittimus, ut melius possit tendi. Ita recre-
andus ocio animus, vt ad labores reddatur vegetior.

Vt Hierophante, quatenus licet aperiūt mysteria. Sic de re-
bus arduis cautim, & circumspēcte iudicandum.

Vt mysteria cum silentio spectantur. Ita quædam melius
laudantur silentio, quam oratione.

Vt in lance momentum in virāq; partem æque propen-
sum est, & in neutram inflectitur. Ita dubius animus.

Medici pharmacis amaris, dulce nonnihil admiscent, vt
alliciant. Ita parentes obiurgationis asperitatem lenitate de-
bent mitigare.

Auriga non semper adducit habenas, sed aliquando re-
mittit. Ita pueris nonnihil indulgendum.

Vt asparagus spinosus dulcissimum fert fructum. Ita ex du-
ris initiis magna voluptas nascitur.

Qui prima virginū diffidā nō ferunt ad tēpus, idē faciūt,
quod ij, qui offensi labruscis, vnas maturas alius relinquūt.

Sponsæ quæ statim offensæ moribus virorū eos deserūt.
perinde faciunt, ac si quis ictus ab apibus mel relinqueret.

Vasa initio quauis occasione dissoluuntur, at tēpore com-
missuris compactis, vix igni, ferroq; dissecantur. Ita prima
coniugatorum consuetudo leui momento dirumpitur, sin

ad parentos

coaluerit longe firmior est.

Ignis facile accenditur in paleis, & pilis leporinis, sed idem mox extinguitur, si nihil addas. Sic ire amantium, aut nuper coniugatorum, si nemo se admiscuerit.

Qui venenis piscatur, facile interimit, & tollit piscem, sed corruptum, & malum. Sic quæ philtis captant maritos stupidos habent, & inutiles.

Vt Circe non fruebatur, ijs quos verterat in sues, aut leones, sed Vlysses sanum ultra omnes dilexit. Ita quæ veneficiis nocte sunt maritos.

Quæ malūt dominari demētibus maritis, quæ sanis, ac prudentibus parere, perinde faciūt, ac si quis in itinere malit ducere cecum quæ sequi videntem, & viæ gnarum.

Vt Pasiphae maluit tauri congressum, cum vxor esset Minois. Sic quædam nuptæ moderatis, ac sæueris viris, ad intemperantium amorem deuergunt.

Vt qui in equū insilire nō possunt, ob imbecillitatē docent ipm inflectere genua. Sic quidā gnōfas, ac potētes nacti vxores, nō dant operā, vt ipsi meliores fiant, sed illas deprimāt.

Pro equi magnitudine temperamus frena. Ita pro vxoris dignitate moderanda gubernatio.

Disimile. Luna cum Soli coniungit, tum obscurat, & occultatur, cū abest lucet, contra proba vxor p̄sente marito, maxie cōspici debet. Eodem absente maxime condi, ac latere.

Duabus uocibus simul sonantibus, grauior fit concentus. Ita quicquid fit in familia, fit quidem vtriusque consensu, sed tamen arbitrio mariti.

Cum spirat Boreas conatur vi vestem reuellere. at homo magis astringit pallium, quod si Sol tepido vento demulserit, iam sponte & tunicam abiicit. Sic vxor conans conuitis maritum a luxu reuocare, magis irrat. Si placide ferat & roget, magis efficit.

Vt inutile spectaculū auro, gemisq; adornatum, nisi representet similem imaginem. Ita inutilis vxor quantūuis opulenta, si viro mœsto sit hilaris, hilari mœsta.

Vt geometri negant moueri lineas, & superficies sine corpore, sed vna cū corporibus moueri. Sic vxor & in feriis, & ludicris, & risu, & lætis, & tristibus, accommodabit se marito.

ad coniugatos

Vt qui non ferūt vxores secū edere, aut bibere, docent eas
ingurgitare maritis absentibus. Ita qui non cōmunicāt lusus,
& iocos cū vxore, faciunt vt alibi querant in sciis viris.

Vt rex musicæ studiosus complures reddit musicos, lites-
rarum studiosus doctos, aleator aleatores, rapax rapaces. Ita
vir comptus, similem efficit vxorem, voluptarius incontinen-
tem, castus & sobrius, castam & sobriam.

Vt sinistrae partium istus redundant in dexteras. Ita virū
oportet vxoris incōmodis, cōmodisq; cōmoueri & e contra.

Vt vincula ex cōmissura vires accipiunt. Sic ex consensu
viri & mulieris familiæ status.

Vt corpus nihil potest absq; animo, nec animus recte va-
let, nisi corpore incolumi. Sic inter vxorem, & maritum o-
mnia sunt communia.

Vt vinū appellat, etiamsi maior aque pars sit admixta. Ita
domus mariti diceretur, etiamsi mulier plus contulerit.

Vt nemo sentit qua parte stringat calceus, nisi qui indutus
est. Ita nemo nouit ingeniū mulieris, nisi qui duxit vxorē.

Quemadmodū febres ex occultis causis, ac sensim colle-
ctas magis metuunt, q̄ quæ ex manifestis, & grauibus causis
sunt ortæ. Ita occultæ ac pusillæ, cotidianæq; offensæ magis
dirimunt beniuolentiam coniugatorum.

Qui pronubæ Iunoni rem diuinam faciebant exemptum
sel abiiciebant ad altare, significātes a matrimonio bilem o-
mnem procul esse oportere.

Vt vinū sic est austerū, ut idem tamē sit vtile ac iucundum
non amarum, vt aloë. Sic erit & materfamilias.

Quæ veretur ridere apud virum, ne videatur lasciuia, nec
agere quicq; ne audax. perinde facit, quasi nec vngeretur, ne
videretur vnguentis vti, nec lauaret faciem, ne fucis vti
puteretur.

Vt orator neglectis fucis, ac Theatricis cultibus, rebus ipsis
magis mouet auditorem. Sic vxor non meretricio corporis
cultu, sed moribus commendatur viro.

Vt tibicen per alienam vocem sonat. Ita mulier quædam
non grauabitur per virum loqui.

Vt philosophi colētes principē, se reddunt nobiliores non
illū. Sic uxores subdentes se viro landē consequunt, conātes

aut imperare, deterius audiunt, quam quae subiiciuntur.

Imperium viri in uxorem non erit, cuiusmodi est domini in rem possessam, sed cuiusmodi est animi in corpus.

Vt humida miscentur omnibus partibus. Sic inter coniugatos, omnia debent esse communia.

Vt elurus vnguentis efferatur & in rabiem agitur. Ita quaedam uxores insaniant, si senserint in viris vnguenta.

Qui ministrant Elephantis non sumunt lucidam vestem, qui tauris, purpuream non induunt. Nam his coloribus efferaunt, Tigrides tympanorum strepitum non ferunt. Ita uxor ab ijs debet abstinere, quibus senserit maritum vehementer offendi.

Vt apicula per omnia circumuoluntas, id quod est vtile, domum adducit. Ita studiosus ex vno quocumque quod ad mores confert, excerpit.

Vt corporis vitia grauiora sunt, quae faciunt hulus. Ita quaedam animi vitia, ob id sunt grauiora, quod vehementius perturbant. minus enim cruciat, si quis non credat esse deos, quam si quis superstitiose timeat deos.

93
Anisy
Diffimile.

Comicus uenustae dixit, de his qui lectos inaurant, ac dearguant cum dii nihil nobis gratis dederint, nisi somnum, cur id sibi magno voluit costare. at cum dii somnum nobis dederint curam & laborum delinimentum, superstitiosus sibi illum reddit carnificinam.

Heraclitus dixit uigilantibus unum communem esse mundum, sopitos in suum quemque discedere. at superstitiosus, ne uigilans quidem communi cum aliis mundo fruitur, semper somniantem cogitatione.

Diffimile.

Polycrates tyrannus non erat formidabilis, nisi Sami, Periander corinthi. Desinebat metuere, qui illinc in liberam ciuitatem emigrasset, superstitiosus non habet quo confugiat, ut metu liberetur.

Diffimile.

Licet seruis, quibus spes non est libertatis ad statuam confugere, venditionem postulare, mutare dominum, si durius habiti sunt, quam ferre possint. Superstitiosus nec hoc licet.

Si miserum est seruire, multo miserum est seruire ijs quos non possis effugere.

Diffimile.

Latrones aut fugiui, si aram aut statuam apprehenderint, in tuto sunt. at hic maxime trepidat superstitiosus.

Vt tigrides circumstrepentibus tympanis aguntur in rabiem. Ita quae bonas mentes compefcunt, feras & agrestes

irritant, & efferant.

Vt quibusdam minus mali fuit, non omnino videre, quæ
perperam videre, velut Herculi, qui filios videns, pro hosti-
bus occidit. Ita leuius malum est, deos omnino non credere,
quæ credere noxios.

Bion inquit quemadmodum, quicquid paxillo appende-
ris, id accipit sustinetque. Ita quibusdam quicquid suaseris ad-
mittunt, quicquid imposueris ferunt.

Gubernator videns insurgere tempestatem, deorum auxilium *Diffimile.*
implorat, nihilo segnus interim, clatum moderans, & an-
temnâ detrahens, at supersticiosus despondet animam.

Vt Arithmeticoꝝ digiti aliquando valent multis milibus,
aliquando nihil. Sic regum amici, aliquoties quicquid possint,
rursus mutata in fastidium gratia nihil possunt.

Vt frequentius conuenitur ad spectaculum, vbi nonni-
hil theatricæ stips confertur. Ita disciplina a pluribus colun-
tur, quæ præter voluptatem, ac dignitatem, emolumentum
etiam ac commoditatem adferunt.

Vt in tranquillitate corpus expeditum redditur aduersus
immensam tempestatem. Ita parca diæta vrendum, vt si in-
cidat opiparum conuiuium possis enatare.

Vt in conuiuio temperamus ab appositis cibis quo locus
sit lautiis, quas expectamus. Ita quotidiana parsimonia præ-
muniendi sumus.

Vt qui sacrum exhibent, ipsi nihil inde gustant. Ita quidam
alios accipiunt ipsi abstinentes.

Vt qui sacrâ pecuniâ verrunt in vsus belli, voluptatē trans-
ferunt ad necessitatē. Ita qui ad vsus edunt, ac bibunt.

Quidam fastiditis propriis vxoribus, & formosis, & amantibus
cū scorto mercede coeunt, glorie cæ, magis quæ voluptatis. Ita quidam
cibi delectant, uel ob id ipsum, quod rari sint, ac magno em-
prij.

Vt Axillarum titillatio risum gignit, sed insuauē, & spasmo-
similem. Ita voluptates iniucundæ, quas corpus ab animo
extimulatum, non sponte capit.

Abominamur fœminas vtentes beneficiis in nos, & am- *Diffimile.*
plectimur ciborum artifices.

Vt membrum scabiosum semper opus habet fructu. Ita cu-
piditas animi nunquam sariatur.

Vt Athenienses nunq̄ de pace consultabant, nisi pullatū quemadmodum dicebat Demades. Ita nobis non venit in mentem moderatior victus, nisi iam febris æstuantibus, & ad mortis pharmacis.

Lisymachus ob sitim coactus se dedere scythiis, deinde cū frigidam bibisset aquam, dii boni, inquit, q̄ brevis voluptatis causa, quantam deposui foelicitatem. Ita nobis cogitandum postq̄ ob porionculam intempestiuam, aut Venerem, in longum morbum incurrimus.

Vt cicatrix admonet cauendum esse vulnus. Ita memoria præteritorum malorum reddit cautiore.

Vt pueriles querimonie facile conualescunt. Ita leues cupiditates subducta materia facile sedantur.

Flosculorum odores per se parum efficaces, admixti oleo maiorem vim habent. Ita morborum causæ, si in corpus incidant, iam humoribus collectis abundans.

Qui male affecto corpore, vitæ ratione morbum accersunt, ij quasi cœnum cōmouent.

Vt nautæ nimium onerantes nauem, deinde in exhaurienda sentina laborant. Ita qui corpus onerant cibus, ac deinde clysteribus inaniunt.

Qui corpus egre affectum ad balneas, ac voluptates trahit quasi putrem, ac laceram nauem deducit in mare.

Si ebrii comessatores irrūpant in domū luctu funestā non solū nihil adferunt hilaritatis, sed eiulatū potius excitabunt. Ita voluptates in corpore ægro offendunt quoq̄.

Vt nautæ sereno cœlo non nihil laxant vela. cu m est suspicio tempestatis contrahunt. Ita corpori recte affecto non nihil permittendum, contra si quid timebitur morbi cautius agendum.

Homines tantum pingues, ac robusti, duriq̄, similes sunt gymnasiolorum columnis, vt dixit Aristo.

Vt nauibus sentinæ plenæ onus detrahendum. Ita corporibus aggrauatis, subducendus cibus, ac potus.

Qui ita corpus exinaniunt pharmacis, vt peregrinis rebus expleant, ac magis noxiis, perinde faciunt, ac si quis expulsis e ciuitate Græcis inducat Persas, aut Scythas.

Vestes quæ intro, similibusq̄ rebus lauantur magis attrahunt

runtur. Ita vomitus pharmacis extorti magis offendunt.

Ut scælestæ mulieres abortum prouocant, vt rursus impleantur, ac voluptuentur. Ita quidam in hoc ipsum corpus euacuant pharmacis & clysteribus, vt denuo liceat ingurgitare.

Qui a præscripta vitæ ratione, ne tantulum quidem audere discedere, ij ostrei vel stipitis potius vitam viuunt.

Vt ferrum crebris immersionibus consumitur. Ita corpus crebris permutationibus vitatur, hoc est si nunc immodicis laboribus intendatur, nunc voluptatibus liquefiat, ac molliatur.

Nauæ a nauigandi labore turpiter conferunt se ad voluptates, rursus a voluptatibus ad nauigationem redeunt. Ita quidam a deliciis ad labores, a laboribus ad delicias, summa vitæ inconstantia sese vertunt.

Qui malo addit opes, & gloriam, is febricitanti ministrat vinum, bilioso mel, coeliaci opsonia, quæ morbum animi, hoc est stulticiam augeant.

Vt qui morbo laborant cibos purissimos, & lautissimos fastidiunt, & recusant, si quis edere compellat, iidem restituti bonæ valetudini caseo quoq; aut cepe lubenter vescuntur. Ita stultis magna fortuna iniucunda, Sapientibus etiam humilis, ac tenuis fortuna suauis.

Qui cibi dumtaxat causa ad conuiuium accedunt, quasi vas adducunt implendum.

Qui in eadem vehuntur nauis, & in iisdem militant tentoriis sese mutuo ferant oportet. Sic qui versantur in republica. at in conuiujs non idem est necesse. nam illic periculum est commune.

Qui rogant quid simus facturi, si non edamus, bibamus, & huiusmodi rebus vtamur. perinde faciunt, quasi Danaides essent sollicitæ quid facturæ sint, si dolium impleatur.

Qui e seruitute manumissi sunt, quæ dominis solent facere cum seruirent, ea faciunt sibi ipsis, suoq; arbitrio & præsidio. Sic nunc anima alit corpus, multo labore, multisq; curis. postea facta libera seipsam alet, contemplatione veri, nec ab ea poterit auelli.

Vt corpus est instrumentum animæ. Sic anima est instru-

mentum dei.

Ut grauiora corporis vitia, quæ in vulnus, & in tumores erumpunt. Ita animi affectus, qui grauibus curis vitam reddunt molestant, vt vitiū est, ex Atomis omnia nata credere. at non auget animum quemadmodum avaricia.

Dissimile. Non timet mare, qui non nauigat, non bellū qui non bellat, non latrones, domi manens, non calumniatorem pauper, non inuidiam priuatus, non terræ motum, qui est in Galacia, non fulmen qui est in Aethiopia. At superstitiosus omnia timet, terram, mare, aerem, cœlum, tenebras, lumen, strepitum, silentium, somnium.

Dissimile. Serui cum dormiunt, non timeant heros, vincti obliuiscuntur compedum in somno, vlcera, carcinomata, & grauissimi etiam cruciatus conquietunt. Sola superstitio, etiam dormientem infestat.

Dissimile. Tyrannū murato solo licet effugere, qui deū timet, non est quo fugiat, quandoquidē nusquā non est deus.

Dissimile. Licet seruis postulare distractionē, & mutare dominū, idē non datur superstitiosis, cum omnes deo metuant.

Dissimile. Si miseri sunt, quibus duros nati sunt dños, quāto infeliciores qui dñis seruiūt vitiis, a quibus non possunt aufugere.

Dissimile. Sunt arę seruis, sunt statuę, sunt asyla, latronibus ad quę cōfugiant, & vbi tuto sint, at hic maxie timet superstitiosus.

Dissimile. Ut tigrides, si quis tympanis circumsonet in rabiem agi dicunt, adeo vt seipsas deniq; discerpant. Ita quosdā offendit, quod aliis addit animū, puta musica, eloquentia &c.

Cum nauata videt imminere tempestatem, primum quidem deos inuocat, vt incolumi liceat in portum appellere, mox contrahit uela, atq; omnia nihilo secius parat, quibus est opus. Ita nos debemus auxilio diuino fidere, sed sic vt nostram quoq; industria adhibeamus.

Itē arator ab Hesiodo iubetur dijs sacrificare, deinde aggregi, & miles primū inuocat operi diuinā, deinde armatur.

Ut tremūt, qui vrsos, aut draconū iustra adeūt. Sic superstitiosi cū tractāt diuina, existimātes deos se paratos ad nocēdū.

Qui diuos colūt metu alicuius mali, pinde faciūt, vt ij qui tyrānos venerant, ne noceant, quos oderunt in animo.

Quidā dū stulte fugiūt latrones, aut feras, in auia incidunt

& in barathra, aut præcipitia. Sic quidã superstitionē ita fugiunt, vt incidat in impietate, cum in medio sit pieras.

Vt qui e vinculis emittuntur licentius vagantur, q̄p̄ ij qui nunq̄ fuerunt in vinculis. Sic pueritia cum a præceptoris gubernatione soluitur.

Qui dimissi a pedagogis, suo relinquunt arbitrio, nō abiiciunt impiū, sed mutāt principē. nā p pedagogo iā rōni parēt.

Qui in ciuitate ascripti sunt, & hospites, multa dānant, ac moleste ferūt. at qui in ea a pueris sunt educati & assueuerūt, probant. Sic qui philosophiam a pueris imbiberunt.

Vt Athletis amphorides addunt contra plagas. Ita pueris focalibus magis est opus, aduersus pestilentē orationē.

Vt peius sentiunt de homine, qui dicunt eum esse iracundum perniciosum, q̄p̄ qui negant eum viuere. Ita minus male sentiūt de diis, qui negant vllos esse, q̄p̄ qui dicunt esse mortuos, noxios, irritabiles. Ita vt faciunt superstitiosi.

Vt ager si non colatur, non solū infrugiferus manet, verū etiam multa syluestria producit. Ita adolescēs rationis capax nisi præceptis honestis exerceatur, non solum non euadet bonus, sed ad multa vitia deflectetur.

In ludo spheræ, simul discunt & mittere, & excipere com- Dissimilis
mode. at in doctrina prius est bene accipere, q̄p̄ mittere, quē le.
admodū concipere prius est quam parere.

Vt aues subuētaneos concipiūt fœtus. Sic inutilis oīo accepta, nec inhærens, sed protinus in auras dispergitur.

Vasa ad excipiēdū qd infundit, accommodāt, & iclamāt sese. Sic qd discit debet accommodare sese ne qd effluat eorū, q̄ utilis.

Vasorū malorū & putriū, aures qbuslibet implent potius q̄p̄ necessariis. Ita qdam stultissima ptin⁹ discūt. (ter dicūt.

Qui equos recte alūt, os docēt parere freno, pueros qd volet instituere primū assuefaciat, vt dicto sint audientes.

Si quid in vtres uelis infundere boni, ventrem, atq; aerem emoueas oportet. Sic fastum, ac tumorem eximas oportet ab animo eius quem uelis docere.

Malus consiliarius omnia deprauat assidens. Sic inuidia nulla magis damnat, quam quæ sunt optime dicta.

Vt lumē. Ita nec oīo vlli pdest, nisi volētibz accipere.

Vt æconomicis & amici profunt & inimici quēadmodū

adolescentia

dixit Xenophon. Sic vigilans auditor, & cordatus non solū bene dictis, verum etiā erratis aliorum fit eruditior.

Vt in alienis oculis nosmetipsos conspiciamus. Sic in aliena dictione quid nos deceat, aut dedeceat contemplandū est.

Vt ad sacrū epulū. Sic ad auditionē oportet placidū ac beniuolū accedere, vt benedicta probes candidē, aut si parum recte dicat, tacitus notes quamobrem errauerit, & animi conatum certe probes.

Facile demoliri, qđ alijs extruxit, ac difficillimū idē aut melius aliqd extruere. Ita aliq; orationē rephēdere in p̄liui est. at eodē modo meliusve dicere, non est perinde facile.

Vt multa belli inania, iuxta prouerbiū. Ita et auditionis, puta supercilium, acclamatio, strepitus &c.

Quēadmodū in ijs q̄ ad tibiā canunt, multa fallūt, ac suffugiunt auditorē errata. Ita in oratiōe phalerata, multa ineptæ dicta fallunt auditorē, ob phaleras, & fucos orationis.

Qui coronas nectunt, bellissima querūt, non vtilissima. at apes etiā amarissimo thymo insidunt, atq; inde mellificium colligunt. Sic oportet auditorē, non flosculos orationis uoluptatis causa sectari, sed vim sententiarū, & vtilitatem.

Nō oportet hoc aīo ad audiendū accedere qđ ad spectaculū,

ad orales
Diffimile.

puta vt tantū delectemur, sed vt meliores efficiamur.

Non cōuenit, vt in constra surgēs, ad speculū contēplaris teipm, num recte sis curatus. Ab oratiōe discedēs, non expēdas num melior sis factus, aut deterior ex audiōe.

Vt balnei nō purgātis. Ita nec sermonis vlla est vtilitas.

Non sic ad audiendum est accedendum, vt velis inungi & oblini fucis, quo nitidior fias, sed gratiam habeas, si velut alueare acri fumo. Sic ipse mordaci sermone, purgeris animo, qui cecutientiæ, & lippitudinis est plenus.

Qui bibūt, ubi desierit sitire, tū poculi sculpturā contēplant. Sic in orōne, primū anīaduertendū, qđ salutare sit, qđ dicitur deinde si uacat, quid sit elegans, aut nitidū considerare.

Qui statim orōnis ornatū requirit. p̄inde facit, ac si qs nō licet antidotū bibere, nisi vas sit adductū ex artice Veneris figura, nec i hyeme uestē induer, nisi q̄ lanā habeat oīm artice.

Vt qui ad cōuiuū accessit uti appositis, nec aliud requirit. Ita discētē tacite audire oportet, donec orationē perorarit,

tum si lubeat vilem aliquam quæstionē proponere.

Vt apud Homerū Vlysses ridetur a prociis quod panis frustula peteret, non enses, neque lebetes. Ita magis ridendi sunt, qui disferen dis minutulas, ac friuolas quæstiunculas obiiciunt.

Vt qui clauē velit secare ligna, securi aperire ostium, vtriusque vsu sese priuat. Sic qui dicentem alienis, ac friuolis quæstiunculis perturbant, non solum nullū capiunt fructum ex ijs quæ dicunt, verū etiā mali viri opinionē, atque odiū lucrifaciunt.

Vt morbus non celandus est, sed in publicum efferendus, quo sanari possit, vt dixit Heraclit⁹. Sic inscitia non est tegēda.

Vt Tragœdi in theatris. Ita philosophus in scholis est audiendus, nempe ad finem vsque.

Qui pecuniam dat, quantum impartit alij, tantum sibi detrahit. at non idem fit in laude, & tñ hoc imaginant maligni quidā, parcius impartientes laudem, quā pecuniam.

Vt qui maligne dant alijs videntur ipsi parum habere. Ita qui parce & maligne laudant alios, videntur adhuc suas esurire, ac sitire laudes.

Iudex in causa nihil tribuens amori, tantū rem perpendit, ac secundū eam pronunciat. At in audiēdis phis, multis lapsibus candidæ fauendū est, vnde veteres iuxta Mercurij statuam, Gratiarum item ponere soliti sunt.

Vt iuxta vias asperas, ac salebrosas violę, flosculique nonnumquam occurrunt. Ita in oratione infacunda nonnunquam & sententię, & figurę incidunt dignę quę laudentur.

Vt hedera vndenis ex se inuenit, quo se alliget. Ita amor etiam ijs capitur, quę non amantem offendunt.

Vt amantes candidē interpretantur vitia quędam. Ita debent, & auditores dicentium.

Bonus conuiuia, non existimat hoc tantū suę esse partiū, vt suauiter accipiat, cura sumptuque alieno, sed debet comodū vicissim exhibere conuiuā. Sic auditor non tantū audit ociosus, dicente sollicito, sed vultu, oculis, applausu, fauore, iuuare oportet dicentem.

Vt in ludo spherę alterius est comodę mittere, alterius scientē excipere. Sic in audiendo.

Qui castam, ac philosophicā orationē meretricis, ac sophisticis laudibus persequunt, pinde faciunt atque ij, qui Athletarū

Dissimis
le.

Dissimis
le.

illis, aut rosis coronet. non lauro, aut oleastro.

Vt nō queuis corona queuis decet victorē. Ita non quæuis laus, aut quiuis honor quemcunq; hominem.

Vt ridiculus sit cantor, qui rem grauem Lidius efferat modis. Ita ridiculus qui de diis, aut recte viuendo verba faciens, theoricis lasciuat flosculis.

Diffimile.

Non quemadmodū parasitus conuicio tactus ab iis, a quibus alitur ridet, ac nihil cōmouetur. Ita a philosopho reprehensus debet nec offendi, nec impudenter negligere.

Vt caro quæ callo obduruit, nō accipit vibices plagarū. Ita aīus assuetudine peccādi, non cōmouet correptione licet acri.

Qui correptus statim fugit exosus ad monitorem, perinde facit, ac si fectus a medico cōtinuo offensus aufugiat. non expectās, vt obligetur, & oblinat vulnus ac mitigetur. Nam is quod dolet iam passus, quod confert non vult experiri.

Vt Telephi vulnus eadē hasta sanatū est, quæ vulnus infligerat. Ita vulnus obiurgationis ab eodē sanabit qui fecit.

Vt qui sacris inicianē, perferūt primos illos insultus spe securæ dulcedinis, ac lucis. Idē faciendū ijs, qui a phō obiurgant.

Vt priuiscq; assueuimus, multa nos offendunt in hoīe, q̄ postea assueris sunt etiā iucunda. Sic in literis, in phia prima illa tedia toleranda sunt, donec usu fiant facilia, iucundaq;.

Vt vasa angusto ore difficilius recipiūt, sed retinet certius liquorē. Ita ingenia q̄ tardius p̄cipiūt, fere meminerit tenaci⁹.

Vt pulli inuolucres semper hiantes pendent de ore alieno. Sic quidā molesti sunt docenti, quod necessariū sit eis omnia mansa in os inferere, nihilq; tradant ipsi sibi.

Vt quidam crebris diuerticulis viam breuem reddunt longam. Sic nonnulli docenti crebris quæstiunculis nihil ad rem pertinētibus interpellantes perpetuā interrumpūt doctrinā.

Quæadmodū ignaui, cibiq; auidi canes, domi ferarū pelles mordēt, ac uillos uellūt, feras ipsas in uenatu nō attingūt. Sic quidā p̄postere studiosi, de nugis agūt, caput disciplinæ nō attingūt.

Diffimile.

Non ut vasa, itidem ingenia desyderant repletionē, sed satis est accensio velut incitamentum in materia, quo vis inueniendi, & cupiditas veritatis incitetur.

Veluti si quis ignē petat a vicino, deinde illic luculento repperito foco desideat, maneatq;. Ita quidā sp̄ assident p̄ceptorī,

nec accendūt ingenīū suūm, vt domi suo fruānt igni.

Quēadmodū iuxta Philoxenū, suauissimę sunt carnes q̄ nō sunt carnes, & iucūdiffimi pisces, q̄ nō sunt pisces. Ita maxie delectat admixta phię poesis, & poesi admixta philosophia.

Vt in obsoniis non solū sequimur voluptatē, sed etiā salubritatem. Sic in audiendis, & legendis authoribus.

Frustra claudunt portā ciuitatis. si vna relinquatur aperta per quā hostes irrumpant. Ita non satis est in cæteris tēperatū esse, si auditus pateat perniciosi sermonibus.

Vt diligentius seruanda est ea porta, qua via sit ad regiam. Ita cautius seruandus auditus, quod maxime sit cum rationali animę parte coniunctus, & quod per eam admittitur, maxime potest vel iuuare, vel ledere.

Quidam Amethystum adhibent in comotationibus aduersus ebrietatem, multo magis in audiendis poetis præcepta sunt adhibenda, ne quid inficiant animum.

Vt in his locis vbi multę nascunt herbe ad remediū effiaces, in iisdem multę nascuntur lætales. Sic in poetis multa præclara, multa pestifera.

Vt Symonides dixit, stupidiores esse Thessalos, q̄ vt a se decipi possent. Ita qui sceliciores sunt ingenio, citius a poetis corrumpuntur.

Quemadmodū Vlysses auribus cæra obturatis, Sirenum periculum præternauigauit. Ita nos si quid incidit blande scedum in authoribus, præteruehi oportebit.

Si multi inebrientur vino, non ob id incidendę vites. Ita vt fecit Lycurgus, sed propius admouendi fontes. Ita si multū abutuntur poetica, non protinus abiicienda, sed adhibenda cautio, vt fiat salutaris.

Vt mandragora iuxta vites nascens vinum reddit lenius. Ita philosophiæ ratio admota poetice moderatiorem efficit eius cognitionem.

Quemadmodum in picturis, plus mouet color, q̄ lineę, propterea quod propius hoīs formā representet ille, magisq̄ fallat. Ita mendaciū admixta veri similitudine magis allicit, mouetq̄ q̄ simplex oratio, quæ nihil habeat fuci.

Non vt inuenire licet sacra sine tibiis, & choro. Ita poesim Dissimile absq̄ mendacio licet inuenire. le.

NB
de auditiōe
seruanda

Venenum admixtum cibus pestilens. sententia admixta
rebus vtilibus, ac iucundis.

Ut foedis aniantribus scite effictis delectamur. Ita in poesi,
quia est reru adumbratio, etiam mala recte efficta delectant

Ut in parricidio, aut incestu depicto, arte modo laudamus
eius qui pinxit, rem ipsam detestamur. Itidem in poetis elocu-
tionem imitabimur, rem execrabimur.

Quaedam per se non pulchra, quibusdam ob id bona sunt, quod
apta. Ita laudantur in poetis quaedam, quod congruunt personae.
tamen si alioqui se da. Demonides Claudus precabatur, ut crepide,
quas furto amiserat, quod rarent ad pedes eius qui sustulisset.

Ut periculum sit, si omnes in idem inclinent latus navis, sed
aliis alio inflectentibus, navis optime librat. Sic seditio & dis-
sensio inter rhetores, tutior reddit statum civitatis. Itē dissensio
poetarum inter se facit, ut minus inficiat opinionem lectoris.

Quoadmodum medici Cantharidis, quae letale venenum est
pedibus tamen & alis ad remedium vturnt. Ita licet ex eadem poesi de-
cerpere, quo medearis illius veneno. nam semper aliquid ad-
miserant, quo significant se damnare, quod narrant.

Qui omnia studet exprimere, multa prava imitantur im-
prudentes, quemadmodum Aristotelis balbuciem, & Platonis
incuruos humeros familiares exprimebant.

Diffimis
le. Non quoadmodum omnia superstitiose metuimus, ac reueremur
in sacris. Ita oportet in authoribus omnia venerari, sed audacter
adhibito iudicio probare quaedam, quaedam improbare.

Diffimis
le. Non sic est parendum poetis, aut philosophis quemadmodum pueri
obtreperant pedagogis, sed quoadmodum Carus puer, parebar
quidem pedagogus iubenti, sed rogabat quam ob causam id iuberet.
Ita fides habenda authoribus, si causam idoneam reddiderint.

Quoadmodum in vite, luxuriatibus foliis, ac palmitibus saepe
fructus occultantur. Ita in poematis figuris, ac fabulis luxuri-
antibus, multa cognita vtilia fallunt adolescentem.

Quoadmodum in ipsa pascae apes flores sequitur, capra fructi-
cem, tus radice, quadrupedia fructum. Sic in poetis alius aliud
querit. hic historiam, ille sermonis ornamenta, ille probatio-
nes, ille praecipua vivendi.

Ut equus non in ipso cursu frenum iniicimus, sed ante cursum.
Sic qui praecipua sunt ad iram, aut libidinem, ante rationibus, ac mo-

nitis refrenandi sunt, priusq̄ in periculū ventum sit.

Vt apīs ex amarissimis floribus, & asperrimis spinis mel suauissimū, ac lenissimū colligit. Sic ex turpibus, ac sceleratis fabulis vtcunq̄ decerpī potest aliquid vtilitatis.

Vt freno circumagitur equus, vt clauo nauis. Ita oratione ducuntur homines.

Quemadmodū medici pharmacū, ad vnicū morbum repperū ad omnes similes, ac finitimos accōmodant. Ita conuenit authorū dicta, ad varios vsus accōmodare.

Vt qui vestes flagellant, corpus non attingunt. Sic qui generis vitium, aut paupertatem exprobrant, non proprie tangunt ipsum hominē, sed externa calumniantur.

Vt qui subito e summis tenebris in lucē educitur, magno pere perturbatur, nisi paulatim lumini affueuerit. Sic in poetis prelegēdis, phōrum opiniones inspergēde in aīos puerone postea ad tam diuersas doctrinæ rationes perturbentur.

Frustra suber appēdit retibus vt natēt, si plūbū annexū deorsum trahit, & in eā tenet. Ita frustra p̄ceptis bñ viuēdi instimur, si malicia addita nō sinit e stulticia emergere.

Vt in curatione non sentitur morbi leuamē, nisi syncerus habitus inducatur. Sic in phiā non pficitur, nisi paulatim aliquid discedat de stulticia, donec in aliū mētis habitū pficiat.

Non vt Ceneus subito e muliere factus est vir, optādo tantum. Sic repente ex improbo viro, probus euadit quispiam, Dissimile.
vt qui cubitū abiit stultus, surgat sapiens.

Vt ad lineam applicandus est lapis, non ad lapidem linea. Sic vita ad philosophorū decreta corrigenda est, non ea sunt ad mores nostros trahenda.

Vt paulatim vmbra remissa sentimus nos magis esse in lumine. Ita sensim iminuta stulticia in sapientia pficimus.

Vt qui in imenso nauigāt mari ex ipsa ventore vi cursusq̄ tpe coniciūt se pmouisse, etiā si nondū appareat portus, nulq̄ tñ consistūt, donec portū attigerit. Ita nō conq̄scendū in phiā, donec ad perfectū illum sapiētis habitū puentū sit.

Vt q̄ paulū addit paulo, idq̄ frequēter facit, ingentē aceruū accumulāt. Ita assiduitas ad bonā mentē parādā p̄simū valet.

Qui subinde subsistit in via minus proficit. at in philosophia etiam relabimur in maliciā intermisso ad honesta cursu

D

ceu nauis retroacta æstu.

Dissimile. Planetæ iuxta mathematicos cum desinunt pcedere figuratur. at in phiâ subsistere non licet, sed progrediendum.

Vt statere non potest consistere, sed aut in hanc, aut in illam vergit partem. Sic in philosophia, qui non proficit ad bonam mentem, is reuoluitur ad malam mentem.

In bello nunquam remittendæ sunt excubiæ. Ita semper aduersus vitia nobis dimicandum.

Vt Culmus primū in altū surgit impetu. deinde crebrisgeniculis intersecat, postremo in summo veteri flatibus laborat. Sic quidam initio feruent, deinde subinde subsistunt, & offenduntur, in extremo deficiunt defatigati.

Vt qui leuiter amat, gaudet quidem amico presente, absentis facile obliuiscunt. at qui penitus amat, non sinunt abesse quod amat. Sic quidam facile auocant a studio phiæ, negociis. at qui vere amat oim præ illa obliuiscunt, nihilque illis sine illa dulce esse potest.

Dissimile. Non quemadmodum vnguētis, cum adsunt delectamur, cum non adsunt non discruciamur. Ita oportet erga phiā esse affectum.

Vt qui uehementer esurit aut sitit, nulla re potest auelli, donec se dauerit appetentiā. Sic omnia posthabenda sitienti sapientiā.

Quemadmodum graue est nauim ingressis, cum terra discedit, quam agnoscunt, & nondum apparet ad quam nauigant. Sic philosophantibus initio molestum, a consuetis discedere commodis, cum nondum videant ad quam felicitatem phiā sit perductura.

In philosophiæ studio, quidam velut aues facti conferunt ad contemplationem nature, quidam ceu catellæ ad rixas, & morsus sophismatum, & questionum.

Quemadmodum Anacharsis dixit Athenienses ad nihil aliud uti numeris, nisi ad numerandum. Ita quidam utuntur philosophiæ præceptis, tantum ut ostentent.

Vt apicula ex flosculis succum mellis colligit, cum alij non delectentur, nisi colore, & odore. Sic philosophiæ studiosus, & ex poetis inuenit, quod ad bene viuendum conducatur. cum alij tantum voluptate deliniantur.

Qui in Platone, & Demosthene nihil querunt, nisi puritatem artici sermonis, quid aliud agunt, quam ij, qui in Pharmacia nihil amant, nisi fragrantiam & nitorem, vim purgandi, seruandique negligunt.

Ut non medentur qui vendunt pharmaca. Ita non sunt philosophi, qui quicquid e philosophia sumperint, id transferunt ad ostentationem.

Ut avis quicquid pabuli nacta est in pullos transfert protinus, ipsi nihilo melius est. Ita quidam ideo discunt, ut statim doceant, ipsi nihilo meliores euadunt.

Ut verus amor erga mulierem, non desiderat testem, sed sat habet si clam ea potiat. Ita vir sapiens recti conscientia contentus. At qui fictae amant, ostentant & iactant.

Ut agricolae lubetius vident spicas inclinatas, quam erectas in altum. Nam illas onustas fructu intelligunt, has inanes. Sic adolefcentes priusquam profecerunt in philosophia tument, ubi doctrinae fructum perceperint, submitunt sese.

Ut e vasis cum explent liquore, aer expellitur. Sic qui profecerunt in philosophia, veris implent bonis, ac minus iam gloriantur barba, et pallio, minusque saevi sunt in alios, in seipsum duriores.

Ut incitantur homines clamore, ac tumultu, deinde cum sacra fiant taciti ac venerabundi auscultant. Ita initia philosophiae tumultuosa sunt, tranquilla mysteria.

Ut in tempestate apparatus geminis, nauis in spem eriguntur. Ita post primam illam in philosophia desperationem lux veritatis oborta, discutit eam diffidentiam.

Menedemus aiebat multos nauigare Athenas, qui primum essent sapientes, deinde fieri philosophos. id est sapientiae studiosos, deinde rhetores, postremo idiotas. Sic in philosophia quo magis profeceris hoc minus turgebis fastu.

Qui dentibus laborat, prius medicum adit, malum exponit qui febre tenent accersunt. At Phreneticus, nec accersit, nec admittit, ob morbi vehementiam. Ita qui vitia sua celant, nec admonentem patiuntur, de his nulla salutis spes est.

Ut qui laborat, non affectat haberi vlcerosi, sed magis fugit esse quam videri. Ita non est affectandum, ut videaris malus, sed magis abominandum, ut sis talis, quam ne videaris.

Diogenes videns adolescentulum quendam in Popina, eius pudore intro fugienti, quo interius inquit fugeris hoc magis eris in Popina. Ita vitiosi, quo magis abdunt sese intra seipsum, hoc magis sunt id quod sunt, foras prodeant oportet, si cupiunt effugere seipsum.

ad Confessione

Y

Vt qui egent, hoc magis egent, quo magis diffimulāt egestatē. Sic qui vitiosi sunt, ac diffimulant ob factum & arrogantiam, peiores sunt.

Vt qui iam mansuefacti, etiā si auriga non vtatur habenis, tamen suapte sponte, rectam pergunt ire viam. Sic affectus a ratione iam pridē domiti & assuefacti, nec in somnis, nec in morbis sopita ratione quicquid tentant turpe.

Vt corpus assuefit ne conuiueant, aut lachrymentur oculi, ne palpitet cor. Ita multo magis animus, ne phantasiis commoueat.

Quemadmodū cum morbus in corporis parteis non suas transferēt, signū est morbi parantis abire. Sic cū offendimur, quibus conuenimus delectari, indicium est futurę sanitatis.

Vt non est verus amor, qui caret Zelotypia. Ita non amat vehementer virtutem, nisi qui ardet æmulatione recte factorum ab aliis.

Vt acer equus, suapte sponte facile currit. Ita qui ardet amore virtutis, non eget admonitore.

Vt amanti oīa placēt in amato. Sic in eo, in quō virtutē amamus etiā gestum, incessum, & aspectū imitari gaudemus.

Vt qui vere amant etiā balbutiem, ac pallorem adamant in amatis. Sic admiratori uirtutis, non horret Aristidis exiliū, nec Socratis paupertatē, nec Phocionis condemnationē.

Vt qui se comunt adhibent speculum. Sic gesturus negocium proponit sibi laudatorū virorum exempla.

Olim ediscebant nomina digitorū, ijsque aduersus terrores, veluti remedio vtēbantur, singulis lente recitatis. Sic aduersus omneis animi perturbationes, exempla quędam optimorum virorum habenda sunt in promptu.

Vt qui desperat se fore diuitem largius impendit. Atqui iam spe vicinus est opulento, is nec pulillum cōtemnit lucellum, & minimis parcat. Ita qui confidit se fore bonum virum, & minima vitia studet corrigere, & nihil negligit, quod aliquo modo conducatur ad bonam mentem.

Qui sepem, aut aggerem construnt quęuis congerunt, lignū, saxum, aut columnā a sepulchro delapsam. At qui regiam edificat, nihil temere componit. Sic vir bonus nullam vitę partem negligit incompolitam.

Invidia
Licet inuenire regionem vbi venena non sint, quemad- Dissimulatio
modū affirmant de Creta. At non licet inuenire rempublicā, le.
quæ non alat inuidiam, contentionemq̃.

Vt Priscis satis erat si a feris non lederentur, posteriores etiā
am in suum cōmodum vertere ceperunt, pellibus vestiti, car-
nibus vesci, felle mederi. Sic nobis agendum est, ut ab inimicis
non solū non ledamur, verumetiam adiuuemur.

Non potest quæuis arbor mitescere, neq̃ quælibet fera ci-
curari, proinde hæc quoq̃ qua possunt in suū vertunt vsū.
Sic qui ad amicitiam adduci non possunt, horū odio ad no-
strum cōmodum abutemur.

Aqua maris inutilis potui, sed alii pisces, seruit nauigantibus.
Sic ex vnaquaq̃ re q̃d inest cōmoditatis excerpndū est.

Prometheus, Satyrū cum primū uidens ignem vellet am-
plecti admonuit eum exurere contingente. At oculis præbere
lumen calfacit inquiring, & seruit artibus. Sic eadē res, vt vtra-
ris, ita perniciosa est, aut utilis.

E corporis morbo quidā hoc excerpunt cōmodi, quod va-
cant negociis, quibus distringebantur. Et quosdā labores ob-
iecti, reddidere validos. Sic quibusdā exilium, paupertas, nau-
fragium occasio fuit philosophandi.

Quemadmodū qui stomacho valent, & animātia sanissis-
sima saxa, ferrū, serpentes, & scorpios concoquūt, eaq̃ in nutri-
mentum vertunt contra valetudinarii, etiā pane & vino of-
fenduntur. Sic stulti & amicitias perdunt, sapientes etiā ini-
micitias recte norunt vti.

Inimicus
Lynceus per quercū videt, inimicus etiam per famulum,
per amicū perspicit, quid agas.

Vt vultures ad extincta corpora odore ferunt, sana nō sen-
tiūt. Sic inimicus, si quid deliqueris statim olfacit, atq̃ eo con-
festum accurrat, ad recte facta stupidus.

Vt hostis semper imminēs muris, in causa est vt vigilet, ac
sobria sit ciuitas. Sic inimicus obseruans, quid agas facit, vt
nihil agas, dicasve temere.

Dionysiaci sæpe negligenter inter se canunt, in theatris,
verū cum cæcæ, tum multo diligētius agunt oīa. Sic accuratius
gerit rem, qui scit vitā suam ab aduersario obseruari.

Absurdū existimant obprobare cuiuspiā corporis vitium, a

quo non sis ipse immunis. At multo magis ridiculum, animi vitium in alterum conicere, quod in te recidat.

Quemadmodum Thelephus, quoniam carebat amico, coactus ab hoste petere remedium, ac medelam vulneris. Ita qui non habent liberos amicos, a quibus admoneantur, sapenumero ab inimicis audiunt sua vitia.

Conuiciu

Ita ut Thelephus non respexit hostem, cuius erat hasta, sed salutem quam adferebat. Ita non oportet offendi inimici conuicio, sed si uerum admonet, uertendum est ad uitae correctionem.

Ut ille Thessalum Prometheum uolens occidere gladio dissecuit tuber, ac sanauit. Ita sapenumero conuiciu per iracundiam dictum ab inimico, vitium animi vel ignotum nobis, vel neglectum sanat.

Ut qui luctantur, non abstergunt suum puluerem, sed se mutuo contaminant, ut mutuo cadant. Sic quidam accepto conuicio, non id purgant, sed obseruant quid uicissim in illis possit torqueri.

Ut si uel inimicus ostendat lutum adherens uesti, non reiciis in illum, sed abstergis. Ita si quis ostendat maculam uitae non reuerendum est conuiciu, sed abstergenda labe.

Ut inueterata consuetudo etiam si ledat, tamen haud facile propellitur. Ita simultras, inuidiam Zelotypiam, mali memortiam in animo relinquit.

Quemadmodum a feris exorsus, didicimus & homines iugulare. Sic assueti inimicis male facere (quod iustum existimat) nisi cauemus discimus paulatim, & erga quosuis eadem facere.

Inimicus

Ut non est Corydalis absque crista. Ita non est ingentium absque inuidia innata.

Ut cupimus cloacas quam longissime ab aedibus nostris abesse. Ita in inimicos uitiorum purgamenta reicere profuerit.

Ut Onomademus noluit omnes tolli, qui diuersarum uisum partium, ne sublati inimicis omnibus. Cum amicis (inquit) incipiamus digladiari. Ita consumptis in hostes huiusmodi affectibus, magis comes sumus erga amicos.

Ut agricolae iuxta allia & capas, ferunt rosas, quod quicquid est in illis molesti odoris, in haec transeat. Sic inimicus, si quid est in nobis mali animi, id totum in se recipiens, ac consumens, reddit nos amicis iucundiores.

Perinde ac si mutus, ac cæcus metuat, ne Briareus fiat Cer-
timanus, aut Argus centoculus. Ita quidam metuunt ne pluri
sint amici, cum nec vnū adhuc verū habeant amicū.

Vt mulier impudica, cū multis se cōmiscens nullū certum
habet amatorē. Ita qui multorū appetit amicitiam.

Vt puella quæ in pratis alium post aliū flosculū decerpens
semper nouis arridentibus capit, priores negligit. Sic qui mul-
tas instituit amicitias, ac mox saturatus, alias quærit.

Vt fluuius in multos diductus riuos, fluit tenuis, ac languis-
cus. Sic bñuolētia in multos distrahta languescit, & euanescit.

Vt animantia quæ vnicū pariunt fœtū uehemētius amāt.
Sic erga vnum ardentior est beneuolētia.

Quæadmodū muscæ in Popinis non manēt, si desit nidor.
Ita vulgares diuitū amici, non pseuerāt si non addit vtilitas.

Veluti q̄ nūmū adulterinū. Ita q̄ amicū hēt non exploratū
vbi sēserit improbū eē, cū puat eo gaudet, cū hēt optat effugē.

Vt malū cibū, nec retinere possis citra noxā, nec reiicere sine
molestia. Ita malū amicū, si teneas ledit, nec tamen absq̄ ini-
micitia, ac tumultu veluti bilem potes abiicere.

Vt rubo, spinisq̄ cōplectētibz nos discussis, ad vitē aut
oleam tendimus. Ita non quēuis obuiā oportet in amicitiam
admittere, sed ad idoneos, reiectis aliis eundem est.

Vt Zeuxis lente pingebat, quod diu duraret. Ita diu explo-
randus amicus, qui sit perpetuus futurus.

Vt diligenter conpingitur nauis, quæ sit in tempestatibus
p̄sidio futura, & agger variis casibus oppositus. Ita diligen-
ter probandus amicus, quo sis vsurus ad omnia.

Quemadmodū lac coagulo concrefcit. Sic homines con-
pinguntur, & vnum fiunt amicitia.

Vt aliis venti secundū sunt, aliis aduersi. Ita aliis fortuna fa-
uet, aliis aduerfatur.

Vt Briareus centū manibus quinquaginta pascens v̄tres ni-
hilo fœlicior erat nobis, q̄ duabus vnū admistramus. Sic tan-
tundē cōmoditatis capies e paucorū amicitia, q̄ trū e multorū
pensat enī incōmodū, si pauci iseruiūt, paucis est iseruiēdū.

Vt Creon filiam nihil adiuuit, sed eam cōplexus vna cum
illa perit incendio. Sic quidam fœlicibus amicis non fruun-
tur, cum infœlicibus pereunt.

amicibus

Vt bruta si vi cōmifceantur diuerfo generi difcedunt indi-
gnantia, & grauiter ferentia. Sic inter fimiles placidæ coit, &
cohæret amicitia.

Diffimile.

Mufica Symphonia cōftat e diuerfis, puta grauibus, & acu-
tis inter fe rōne cōpofitis. at amicitia cōftat fimilibus.

Diffimi.

Non vt Polypus fe quibusuis locis. Ita nos debemus nos
quorū libet moribus accōmodare.

Diffimi.

Polypus fupficiē, & colorē dūtaxat mutat. At amicus vere
fimilis effe debet amicis, & moribus, & affectibus, & studiis.

Diffimi.

Non vt Proteus præftigijs fele in oēs vertebat formas, nec
vllā habebat certā ac ppriā. Sic oportet nullo certo vitæ infti-
tuto cū ftudiofo legere, cū paleftico colluctari, cū venādi ftu-
diofis uenari, cum bibofis fimul inebriari. cū ambitiofo, am-
bire magiftratum.

Vt qui propriam domū non habet, per multas domos va-
gatur. Ita qui certum vitæ inftitutum non fequitur, nunc in
horum, nunc illorū mores tranfit.

Vt prima materia quibuslibet formis variatur, cū propriā
non habeat. Ita animus multorū amicitiaē fubieftus.

Eruggiū herbam, fi vni caprē in os inferas, cum ipfa fiftit,
tum oēs confiftunt, donec pafcor herbam eximat. Ita princi-
pis mores mira vi in populum transfunduntur.

& imaginē obtinent, cum a re sint alienissimi.

Anthraciti carbunculoꝝ genere peculiare est, ut ia status in
ignē, velut intermortuus extinguat, contra aquis pfusus ex-
ardescat. Ita quosdā contraria mouēt, si exhorteris magis lan-
guescūt, si dehorteris, magis accendunt, si bene merearis, red-
duntur inimici, sin male, pluris te faciunt.

Iris gemma non nisi in opaco reddit colores arcus coeles-
tis, nec ita vt ipse habeat in se, sed parietibus illidat, in Sole
coloribus caret. Ita quidam varia virtutum simulachra præ-
se ferunt, sed in obscuro, & quod in se non habent, tamen in
aliorum animis veluti repræsentant, ac gignunt.

Vt his gemmis summū est precium, quæ non modo uarie-
tate colorum delectant oculos, & nares odore, uerū etiam ad
remedia sunt efficaces. Sic his libris summū est precium, qui
non solum habent orationis illecebras, verum & salubribus
præceptis nos liberant animi vitiis.

Vt quā gēmas quōsdā secū ubiq; circūferūt aduersus morbos
maleficia, ebrietatē, tonitrua, ruinas, ceteraq; mala. Ita quēdā
phīæ decreta semper ad manū habenda aduersus incurfuros
animi morbos, libidinē, iracundiā, ambitionē, auaritiā &c.

Draconites nec poliri potest, nec artem admittit, alioquit
elegans ac translucens. Ita diuina scriptura suum habet nitō-
rem, nec artificiū philosophiæ, aut rhetorices admittit.

Quædam gēmæ aceto maceratæ nitescunt, plerq; mel-
le decoctæ. Ita quosdā meliores reddit acris obiurgatio, quos-
dam admonitio blandior.

Facilius insculpes gēmis quæ voles, si terebra ferueat. Ita
magis mouebit orator, si non solum acriter dicat, sed ferueat
& amet id quod laudat, oderit, quod vituperat.

In Chio Dianę facies est in sublimi posita, cuius vultus in-
trātibus tristis, exeūtibus exhilarata uideť. Ita sordidi quā ade-
untē amicū tristes accipiūt timentes ne quod perat, aut ne sum-
ptum adferat cōiūta. At alacres dimittunt abeuntem.

Ut ingentes obelisci magno quidē negotio statuuntur & collocant̄ ob immensum molis pondus, sed collocati semel, infinitis durant sæculis. Ita arduū est virtutis, aut sapientiæ parare famā, sed parata nunquam intermoritur.

Ut ingentia pondera quæ nullis hominum viribus tolli possunt machinis facile tolluntur. Ita quod vi nequeas efficere, ratione & arte facile efficias.

Ut obeliscis p̄grandibus tantū ferme subternit̄ intra terrā quantū extat, vt̄ immoti consistāt. Ita semp̄ mansuræ famæ magna, firmaq; fundamenta sint oportet.

Stulte reges Aegyptiorū operā pp̄li, ac pecunias in substruēdis pyramidib⁹ cōsumebāt, q̄ nihil habebāt p̄ter stultā et ocio sam ostensionē, cum idē in rebus vtilibus fieri potuerit. Ita quidā elaborant in difficillimis, cæterū in frugiferis, hoc ip̄m præclarū existimātes, quod in laborioso negotio versant̄.

Sicut pyramis quā Rhodope meretricula Aesopi conserua construxit pecunia corporis quæstu collecta, maiori miraculo, famaq; fuit, q̄ cæteræ regum pyramides. Ita vehementius miramur, si quid recte faciunt, a quibus tale nihil expectabatur, veluti si quis Hollandum videat peritum equitem, aut frugalem Anglum, aut Theologum eloquētem.

Ut labyrinthos nō oportet ingredi sine filo, q̄d secur⁹ possis redire. Ita non est suscipiendū negociū, nisi prius perspecta ratione, qua te possis inde rursus explicare.

Ut in admirandis operibus, sed inutilibus, maior est laus artificis cuius arte res confecta est, q̄ regis cuius impendio. Ita belli gloria maxima ex parte penes militem est conductitiū, quorum idustria geritur res, minima pars ad reges redit, qui aliena etiam pecunia militem conducunt.

Ut Dianę Ephesię templū viginti annis a tota Asia factū tot regū impedio, tot artificū ingeniis confectū, Herostratus obscurus homo non esse vna poterat exurere. Ita facillimū est vrbes egregias bello demoliri, at ædificare difficillimum.

Quemadmodū ædificia in palustri solo posita, nec terræ motu quatiuntur, nec hiatu absorbentur. Ita humilis fortuna non est maximis malis obnoxia.

Sicut Echo nō sonat, nisi cū reddit acceptā vocē. Ita nonnulli quicq; in ipsos dicit̄, in alterę regeunt, aut non habent

quod dicant, nisi dicta referant aliena.

Symon
Vt olympiæ porticus vocē acceptā arte septies reddit, vnde Heptaphonon oppidani uocant. Ita quosdam si vno tan-
gas conuicio, sexcenta regerunt, aut si paucis ad loquendum
prouoces, garrindi finem non faciunt.

Vt magnes non quoduis ad se trahit, sed ferrum dumtaxat,
cum sint alia multo leuiora. Ita quorundam oratio non mo-
uet omnes, sed iam propensos ad id, quod illi suadent.

Vt quidam magnetes ferrum abigit, respuitq;. Ita est musices
in Aethiopia nascitur ferrum abigit, respuitq;. Ita est musices
genus, quod sedat affectus, est quod incitet.

Vt magnes occulta quadā & incognita vi ferrū ad se tra-
hit. Ita sapiētia secreta quadā ratione trahit ad se aīos hoīm.

Vt equus strigosus imputatur non equi culpæ, sed equi fo-
nibus. Ita populus male moratus episcopis.

Vt magnes ad se trahit omne ferrum, sed Aethiopicus ma-
gnerē quoq; aliū ad se rapit. Ita rex populū quo lubet cogit.
At ingens aliquis rex etiam regibus cæteris vim facit.

Vt gagares aqua infusa incēdit, oleo restinguit. Ita quidā
quo magis roges, magis frigescūt. Si negligas, ultro cupiunt.
Aut sunt q̄s officiis alienes, neglectu puoces ad amorem.

Vt lapis e Scyro fluctuat integer, sidit cōminutus. Sic res
discordia pessum eunt, concordia sustinentur.

Siphnius lapis oleo excalfactus durefcitq;, alioqui molliffi-
mus. Ita quosdam benefactis reddes deteriores.

Quemadmodū de Carthaginensibus dictū est, qd ad testa-
pice, ad vina calce vterentur. Ita quidam præpostere rebus
vtuntur, amicis asperi, supplices inimicis. Carthaginenses pi-
celinebant parietes, cum vasa picari soleant, & musta calce
condiebant, author Plinius.

Calx aquis accenditur. Ita quosdam contraria mouent.

Gypso madido statim vtendum, quod celerrime siccetur.
Ita statim fingenda literis, ac moribus ætas rudis, priusq; du-
rior non admittat fingentis manum.

Gypsum etiam si iam induruit, tamē tundi rursus & in
farinā resoluī potest, simul atq; semel induruit ingenū adole-
lescentis, ætate, virtutisq; non potest resingi.

Vt vitrū qa pellucidū nihil celat. Ita qdā nihil tegere, nihil

*unclute
Vindie* Diffimul.

diffimulare norūt, quicquid in aīo est, id p̄tinus oībus palā est.

Vt iis qui cęcutiētibus sunt oculis, quis locus obscurus est, propterea qđ caliginē secū in oculis circūferunt. Ita parū eruditus, omnis liber, ac stilus difficilis est, & obscurus.

Sicut ignis in oībus officinis oīm artium, & operū est instrumentū. Ita sine charitate, nihil recte geritur.

Vt vitrū copia viluit, alioqui nec auro, nec argēto cessurū. Ita sacerdotes ob turbā minoris sūt, magno in p̄cio futuri, si singulę ciuitates singulos haberēt sacerdotes vt olim.

Sicut primū pictura cępit ab vmbriis & lineis, deinde mō nochromata, post accessit lumē & vmbraē vna cū cologę varietate, donec ad summā artificij peruenit admiratiōem. Ita virtus in nobis nō statim absoluta nascitur, sed paulatim cotidianis auctibus, ad summum perducitur.

Vt nō est optima imago, quę materia testat opes locatoris, aut artē pictoris, sed q̄ rem p̄xime representat. Ita optima est eloquētia q̄ non oñtat īgeniū dicētis, sed rē aptissime ostēdit.

Vt Zeulis picturus Iunonē Agrigētinis, oībus uirginib⁹ in spectis, qnq; p̄cipuas elegit, ex q̄bus qđ esset in vnaqua; p̄cipuū imitaret. Ita e plurimis optimi nobis ad exēplū vitę, aut dicēdi p̄ponēdi sunt, nec in his tñ reddēda sunt oīa, sed optia.

Vt nō quīuis pictor quīs in p̄te artis valet, sed hic in diis ex primēdis p̄cipuus, alius in vultibus reddēdis, alius in lineis excelluit, ali⁹ in cologę mixtura, ali⁹ in symmetria. Sic q̄ virtutē p̄fitent, aliis dotibus enitēt, ali⁹ itē in eloquētia, seu lris.

Qui ex balneo calēt vehemētius frigescūt, & aqua frigidior esse solet, q̄ prius caluit. Ita vehemētius sese oderūt, q̄ prius fu erit amici, & sceleratiores sūt, q̄ a pia vita, ad ipsiā se trāstulerūt.

Vt hyeme media, Alcyones sūma fruunt trāquillitate, et hęc etiā aliis cōicant. Ita cū maxie seuit fortuna, tū maxie animi trāquillitate fruunt p̄ij, & hęc in alios q̄s possunt trāsfundūt.

Cū alinus ipse sit ^{απουοτάτος} ex ossibus tñ huius optimæ sūt tibię, ut ait Aesopus apud Plutarchū. Ita diuites ipsi indocti, tamē pecunia sua suppeditant ingeniū studiosis.

Plutarchus testat se vidisse in Africa coruos, qui lapillos in aquā aggefserint, donec aqua eo surgeret, vt cōtingi posset. Idē narrat de cane coniciēte lapillos in amphorā oleariā. Ita nobis qđ vitibus diminutū erit, ingenio supplendū est.

G

Ex ossib⁹ asini opti
rib⁹

nota

Formicæ triticum atrodunt ea parte qua germinare incipit, ne sibi reddatur inutile. Sic potentes quo ministris perpetuo vtantur, premunt, ne si emerferint tedio seruitutis, relinquant aulam.

Bucephalus Alexandri magni equus, quies uudus esset, equifonē in tergū admittebat, ornatus regis phaleris neminē ferebat, nisi regem ipsum, in reliquis omnibus ferociebat. Ita tenues quemuis ferunt, diuites facti, despiciunt vulgares.

Vt Timanthes qui Iphigeniam pinxit, ceterorum affectus expressit, Agamemnonis autē vultum velo obtexit. Ita quedam melius relinquuntur suo cuique iudicio estimanda, quam verbis explicantur.

Vt laudatur in hoc Timanthes, quod in omnibus eius operibus plus semper intelligitur quam pingitur. Ita optimū orationis genus, in quo plurima cogitationi relinquuntur, pauca narrantur, & plus inest sensuum quam verborum.

Notatus Protogenes, alioque sumus in pictura artifex, quod ne sciret manuum tollere de tabula. Ita quidam scriptores immodica diligentia peccant, quibus nihil vniquam satis emendatum videtur.

Quodammodo Protogenes pictor Apellē ex vnica linea cognouit, nunquam alioqui visum. Ita ex vnico responso ingenium & prudentiam viri deprehendet, qui sit ipse sapiens.

Vt Apelles pictor queri solitus est perisse diem in quo non duxisset lineam. Ita christianus dolebit, si quo die non euasit seipso melior in pietate.

Vt signa quedam argillacea summo in precio fuerunt, ob admirationem artis. Ita nonnunquam res humiles ac nihili, ingenium oratoris commendat.

Vt Gypsum, aut argilla dum est vda, in quauis imaginem facile sequitur fingentis manum. Ita rudes anni ad omnem disciplinam sunt idonei.

Vt quod maiore negotio ferro, aut marmoris insculperis, durat diutius. Ita quod maiore studio discimus, nunquam obliuiscimur.

Vt illud opus est laudatissimum, in quo stilus & ars commendat materiam, & materia vicissim artem. Ita liber est optimus in quo & argumenti utilitas commendat eloquentiam, & auctoris facundia commendat argumentum.

Actius poeta cum esset ipse admodum breuis tamen in aede camo-

narū maxima forma statuat sibi posuit. Ita quidā re viles, & humiles, ambitione, furoq; dilatant sese.

Vt Perill⁹ qui Phalaridi taurū donauit Aeneū, suo perit in uento. Sic aliq̄ties malū consiliū, in caput auctoris redundat.

Vt Philosophus missa lingua victimæ, rem simul & optimam, & pessimam misit. Sic opes optime sunt, si recte utaris, pessime si secus.

Vt nō ipse solū magnes attrahit, verū etiam aliud ferrū ad se trahit ferrū magneti affrictum. Ita contagio vis virtutis, aut improbitatis pernicies ab alio in alium transit.

Vt a Seribus mollissima vellera, & ab iisdē durissimū ferrū mittitur. Sic a quibusdam diuersa proficiuntur.

Vt carboni semel exusto, suffocatoq;, si denuo flagret maior est vis. Ita semel sopitum odium, si rursū excandescat, acrius est.

Sicuti terra quæ auri, aut argenti venas habet, in cæteris fere sterilis esse consuevit. Ita qui congerendo student auro, eiusq; metalla iam conceperunt in animo, nullam bonæ rei frugem producere consueuerunt.

Raro auri, & argenti vena reperitur, nisi alia nō procul sit, vnde & græci nomen indidere. Ita nulla virtus solitaria est, sed alia aliam adiungit.

Argētum cū sit candidū, nigras tñ ducit lineas, uti stannū. Ita quorundam alia species est, alia facta.

In argento viuo oia natant, excepto auro, Nam hoc vnū ad se trahit. Ita nihil insidit aīo auari, præter lucrū, disciplinæ, literæ, probitas, in summo fluitant, nō descendūt in pectus.

Vt rem eandem diuersa specula varie reddunt, pro forma speculorum diuersa. Sic idem factum, diuersi varie interpretantur, pro animorum varietate, quod huic magnum est, illi paruum, quod huic pulchrum, huic fœdum erit.

Vt speculum non reddit imaginem, nisi substernas vitro stannū, aut æs, aut aurū, aut simile quippiā solidum, qd imaginem non sinat perfluere. Ita non nisi in animis solidis, & vera virtute nixis, relucet imago veri.

Vt sunt quidā fontes, qui potū, pecudū, atq; etiā hoīm, curtem & pilos tingūt albo, nigroue. Ita relucet etiā in ipso hoīs vultu, & fronte, qd aiunt, quibus præceptis imbutus sit, &

quibus ex auctoribus hauriat vitæ rationem.

Gallus Phrygiæ fluuius, si modicæ bibas medetur corporis malis, si immodicæ Lympharû animû agit. Ita si philosophiæ literas modicæ attingas, profunt. sin totû te illi addixeris studio, sanitarum mentis auferunt, & inanis gloriæ furore quodam præcipitem agunt.

In Boeotia ad Trophoniû deû iuxta flumē Orchomenon, duo sunt fôtes, quorû alter mēoriã, alter obliuionē adfert. Ita fere magno alicui bono, magni mali periculû est vicinû.

Vt qui sapiût, nō statim e quis bibût fonte, ppter ea qd alij salutē adferût, alij pnciē, nōnulli furorē. Ita nō est tutû quēuis librû euoluere, qd ex aliis haurias affectû animi bonum, ex aliis libidinem, aut ambitionis insaniam trahas.

Qui biberint ex Clitorio lacu, is vini tediû oborit. Ita qui semel gustarint poetice, abhorret a phiæ præceptis, aut contra. siue qui se mundanis voluptatibus ingurgitant, abhorrent ab honestis illis, ac veris oblectamentis.

Apud Troglodytas lacus est, qui ter in die fit amarus, ac salus, ac rursum dulcis, totiesq; etiam nocte. vnde & isanus dictus. Sic quidã inæquales, nūc asperi, nūc sunt blandi &c.

Periculosiores sunt fontes, qui lympidis aquis blandientes oculis tamē perniciem adferunt. minus formidandî qui ipsa specie testantur aquas esse fugiendas. Ita difficilîus vitantur mala, quæ boni prætextu fallunt.

Sicuti terra quę venas aquarû occultat nebulã quandã exhalat ante Solis ortû lōgius intuētibus. Ita qui uere boni sunt & eruditi, etiã si non ostentent, tñ semp aliquid ex se pdunt, vnde qui obseruet, deprehēdere possit subesse vim boni.

In Narniensî agro terra hymbre fit siccior, æstu humescit. vnde Cicero iocatur illic, ex hymbre puluerē, ex siccitate fieri lurum. Ita quosdam admonitio reddit deteriores.

Garus ambusta & infusa medet malis, sed si interim garû nō noies. Ita quędã beneficia, bñficia nō sunt, si cōmemores.

Terra quę gignit salē, nihil aliud gignit. Sic ingenia fecunda in literis, in cæteris fere rebus non perinde valent.

Fons in quo nitrû nascit, nec aliud quicq; gignit, nec alit. Ita sapienciæ studiû totum hois animû sibi vendicat.

Spongiis adeo tenues sunt sensuû notæ, vt multi dubitēt.

animalia sunt nec ne. Ita quorundam is cultus est, is sermo, ea
vita, ut dubites Christiani sint, an Ethnici.

Sicuti sal modice cibis aspersus cōdit, & gratiā saporis ad-
dit. Ita si paululū antiquitatis, aut ioci admiscueris, oratio fiet
venustior. si plus satis, nihil insuauius.

Quēadmodū Echeneis siue remora piscis, ppusillus. est autē
magnæ limaci filis, quāuis magnā nauim uelis ac remis incita-
tam, subito sistit. Ita scortulū aliquoties adamatam, ingentes
animi ad honesta impetus retinet, alligatq̃.

Torpedo piscis haud nocet nisi contactu, sed uirus suū etiā
ab ære per linū, & harūdinis internodia ad piscatoris manū
mirā transmittit. Sic improbi ac pestilentes haud nocent, si
nihil cum illis habeas cōmercij, verum quacunq̃ consuetu-
dine contacti morum venena afflant.

Lepus piscis homī certissimū est venenū, & homo vicissim
illi, adeo ut uel digitulo contactus statim emoriat. Ita hostes
mutuam vtrinq̃ perniciem dant, & accipiunt.

In nassam facilis illapsus est, sed exitus difficilis. Sic decliue
iter in uicta, reditus ad meliorē frugem non perinde facilis.

Murena suste non potest interimī, ferula p̃tinus. Ita quosa-
dam leue incōmodum exanimat, ut conuiciū, qui grauissi-
mas fortunæ procellas infracto tulerunt animo.

Murena non in capite, sed in cauda animam habet. Ita
quod charissimum est, non ibi recondendum, ubi statim pe-
riculis sit obnoxium.

Ut pisces in mare nati, educatiq̃, nihil tamen sapiunt salis
marini. Ita quidam inter barbaros geniti & educti, longe ab-
sunt ab omni barbarie.

Ut Magi, verbis etiā non intellectis, prodigiosa quædam
efficiunt. Ita sacerdotes precibus non intellectis, bona tamen
fide pronuntiatis, deum conciliant ac mouent.

Ut Appion Homerum ab inferis euocatum, nihil aliud in-
terrogauit, quā quibus parentibus genitus esset. Sic quidam
grauissimorum virorum concilio conuocato, de meris nu-
gis consulunt.

Ut Magi prodigiosa quædam promittunt, isq̃ promissis
vulgus credulum alliciunt. Ita principes maximarum rerum
spes ostentant, ut sibi reddant addictos.

Vt in magicis artibus vulgus hoc magis admiratur, quo-
minus percipiunt rationem, cur illa, aut illa tam absurda præ-
scribantur. Ita quidam magis admirantur stilum, aut carmē,
quod non intelligunt.

Quæadmodū medici quo doctiores uideant diuersas rerū
species, ex diuersis mūdi partibus petitas, in ter se cōmiscēt.
Ita quidā ostentatores, orationē parū eruditā uideri credunt,
nisi ius Cæsareū ac Pontificiū, Poetas, Oratores, Phōs, Sophi-
stas, simul cōmiscuerint, & pluribus authoribus, ac lris cōsar-
cinauerint q̄ mithridaticū ferūt fuisse cōcinnatū. Id cōstabat
quinquaginta quattuor, diuersis rerum generibus.

Vt periculosum est demones euocare, p̄pterea q̄d si q̄d er-
ratū fuerit, magno conantis discrimine fiat. Nā aiunt Tulliū
Hostiliū ictū fulmine, q̄d ex Numæ libris Iouē deuocare cō-
natus, quædam parum rite fecisset. Ita periculosum est, cum
principibus habere commercium &c.

Quemadmodum Magi sibi conscij, fucum esse quod pro-
mittunt prodigiōsis quibusdam, ac præscriptis cerimoniis de-
mētant, ac territant infirmiores. Ita quidam sacerdotes cum
procul absint a uera pietate, cerimoniis inuoluunt indoctos,
quo plābem sibi habeant obnoxiam.

Vt auguria & auspicia non valent, nisi ijs qui quærunt &
obseruāt. Ita præcepta phiæ non mutāt nisi hos, qui meliores
fieri student. & hoc animo ad legendum accefferint.

Crocodilus inuictum alioquī, & perniciosum animal, ta-
men Tentyritas adeo metuit, vt ad uocem etiam expaues-
cat. Ita tyranni cum omnes contemnant, tamen erudito-
rum literas subtriment.

Vt quorundā hoīm etiam aspectus fascinū habet. Ita sunt
quorū omnis vitæ consuetudo mores inficit.

Vt Psylli non solum ipsi non leduntur a serpentibus, ve-
rum ex aliis uenēnū exugunt. Ita uere philosophus non mo-
do ipse non tangitur uitiis, sed aliorum quoq; morbis orati-
one, uitaq; sua medetur.

Semel icti a scorpio, nunq̄ postea a uespis, crabronibus,
aut apibus feriuntur. Ita nullum est incōmodum, quod non
cōmoditatis aliquid habeat adiunctum.

Vt q̄ a cane rabido morsi sunt, nō solū rabiūt ipsi, uerū etiā

alios contagio inficiunt. Ita qui pestilentē alicunde imbibere
opinione, & alios suis inficiunt colloquiis.

Vt efficacissima remedia nata sunt ex morbis pessimis. Ita
bonæ leges ex malis prognatæ sunt moribus.

Sicut ex vipera, Crocodilo, cæterisque nocentissimis bestiis
medici remedia quædam aduersus venenorum noxam, ac
morbos efficacia querunt. Ita animaduersio in nocētes, mul-
tos vel arcer, vel reuocat a facinoribus.

Crocodilus anceps anial nunc in terris agit, nunc in aquis,
in terra ponit oua, in aqua prædatur & insidiatur. Ita quidam
simul & aulici sunt, & ecclesiastici, vtrubiq; pestilentes.

Chamæleon quia pauidissimum animal, subinde colo-
rem mutat. Ita qui viribus non pollent, ad varias artes con-
fugiant necesse est.

Lynces clarissime omnium animantium cernunt, sed mi-
ra illis obliuio rei ab oculis semote. Ita quidam acri ingenio,
sed obliuiofi.

Quædã remedia tristiora sunt ipso morbo, vt fatius sit op-
petere mortem, q̄ his aucupari salutem. velut fugere sangui-
nem e vulnere recenti gladiatorum morientium. Ita quan-
doq; fatius est ferre iniuriam, q̄ maiore incommodo vlcisci,
ferre pacem, etiam si parum cõmodam aut æquam, q̄ bellũ
cum immensis malis suscipere.

Scorpius lætale venenũ habet, Aconitũ letalius, tamẽ hoc
in potu datũ, aduersus scorpionũ ictus remediũ habet. Ita dũ
venenũ cum veneno colluctat, seruatur homo. Itidem duo-
rum pestilentiuũ ciuũ discordia, nõnunq; reipub. saluti est.

Aconitũ etiã contactu necat. Ita q̄rundã conuictus p̄tinus
inficit, aut si vel tantillũ cum illis inceptes cõmerci.

Olim in capitolio certabant quadrigæ latinis feriis, victor
abfinthium bibebat. Ita salubria magis quærenda sunt, q̄
iucunda.

Sorba quæ magis blandiuntur specie, venenũ habet. Ita blan-
diores amici magis cauendi, q̄ tristes atq; asperi.

Empetron herba, latine calcifraga, quo p̄pius abest a mari,
hoc magis est falsa, quo longius, hoc amarior est. Ita quidam
apud Gallos Germaniã spirant, apud Germanos Galliam, et
quo longius ab sunt, hoc magis referunt eam gentem.

Vt optima remedia maxime perniciem adferunt, nisi apte sumantur. Ita Christi sacramenta salutaria recte sumentibus letalia indigne accipientibus.

Herbæ salutare consuetudine p̄dūt medēdi uim. Ita admonitio si assidua sit, non emēdat assuetū iam obiurgatiōibus.

Vt qui ante venenū sumūt antidotū, non ledunt veneno. Sic qui salubribus opinionibus, ac decretis cōfirmarint aim, non inficiēnt oratione maloꝝ, si forte in eos inciderint.

Vt Mithridati cotidie sumēti venenū, consuetudine factū est innoxiiū. Ita mala quibus assueueris, non offendunt.

Vt suus cuiq; morbus videtur atrocissimus. Ita suum cuiq; incōmodum maxime doler.

Vt herba moly difficile quidem effoditur, sed ad remedia p̄ter cæteras efficax est. Ita quæ præclara sunt non contingunt, nisi magno negocio.

Vt inter salutare herbas nascūtur & venena. Ita ex authoribus quæ recte dixerint, sunt excerpta.

Vt Elleborum concitatus intus omnibus, ipsum in primis exit. Ita dux fortis adhortatus suos inter primos prodit in hostem, velut inquit Herophilus auctore Plinio.

Vt Elleborū si parcus sumas, magis offendit, quod inhæreat visceribus, inficiat corpus. sin copiosius, erūpat celerius. Ita non est obiurgandus amicus, nisi ea vehementia, quæ vitio liberet illius animum. Nam leuior expositulatio contristat amicitiam nullo fructu.

Vt Elleborū tametsi efficax, tñ medici vetant dari senibus, aut pueris, aut exilibus. Ita admonitio sic est temperanda, vt ferre possit quæ velis emendare, nec solū spectandū est vitiiū, sed natura quoq; eius, cuius vitio studeas mederi.

Vt vulgus ineptū magno labore, magnoq; impendio remedia ab extremis Indis, aut Aethiopibus petūt, cū in hortis nobis nascat, quo morbis mederi possimus. Ita p̄sidia beatæ vitæ magno molimine foris querimus, in impijs, in opibus, in uoluptatibus, cum in anio sit, qd nos beatos efficiat.

Climenos herba ita morbo medet, ut sterilitatē adferat etiā in viris. Ita qdā malū aliqd ita p̄figat, vt aliud diuersum ad-

Minor vis inest in radicibus herbæ salubriū, (mittant. cum semen maturescit. Ita deterior fit ingenij, naturæq; vis,

quoties liberis gignendis datur opera.

Herbam canariam canis ita mandat, ut homo non cernat nisi depastam, & percussus a serpente aliam quandam petit, sed eam non decerpit inspectante homine. Ita quidam discipulas a se repertas coelant, ne profint & aliis.

Lotos quam latini fabam græcam vocant, ramenta ligni habet amarissima, fructum dulcissimum. Ita conatus ad summam virtutem durus est, fructu nihil suavius.

Vt vitis refugit brassicâ, querc⁹ abhorret ab olea, m⁹to magis aut a nuce iuglâde. Nâ vitis cū oīa cōplectat, solâ brassicâ declinat. querc⁹ si in scrobē oleæ depacta fuerit, emorit. eadē & iuxta nucē iuglandē inarescit. Sic inter q̄sdā natiōes naturale diffidiū est, vt nullo pacto queant coalescere cōcordia.

Vt Democritus medicus Confidie mulieri, oēm curationē austerā recusanti, lac capræ dedit, quas lenisco pascebat. Sic iis qui p̄sus abhorret a tetricis phiæ p̄ceptis, fabellæ quedā amœniores proponendæ, sed quæ phiām respiciant.

Ferula solis asinis gratissimū est pabulū, ceteris aniantibus presentaneū venenū. Ita q̄d alios offendit, aliis uoluptati est.

Hedera pota nervis nocet, eadē foris adhibita prodest. Sic philosophiam si penitus imbibas nocet ad pietatē, si leuiter & veluti foris admoueas, prodest ad eruditionem.

Arūdinis radix cōtrita & imposta filicis stirpē corpe extrahit, itē arūdinē filicis radix. Ita vicissim & pecunię studiū eximit animis amorē sapienciæ, & sapiētia studium pecuniæ.

Rhododaphnes arboris folia q̄drupedibus venena sunt, hoibus p̄fidia aduersus serpētes. Ita diuinæ l̄æ sobriis ac prudentibus salutarē p̄bent alimoniam, stultis autē & impiis hereseos, & maioris impietatis ministrant occasionem.

Vt quod nulla vi afficias, id aliquoties fit herbæ succo, si modo quam oportet adhibeas. Ita quosdam magis permouetis apta q̄ violenta oratione.

Vino modico nerui & oculi iuuantur, eodem copiosiore leduntur. Sic literis modice gustatis adiuuatur vita, eadem leditur, si quis immodice incumbat.

Sicuti vina & poma subacerba vetustate mitescūt, dulcescuntq;. Sic ætatis insolētia longo rerū vsu mitigatur.

Chamaeleon herba mutat foliorum colores, cum terra in

*Josephus iura
vtilibus*

qua nascitur hic nigra, illic viridis, alibi cyanea, alibi crocea,
& aliis, aliisque coloribus. Ita conuenit hominem pro loco in
quo agit, vitæ habitum cōmutare.

Quemadmodū Heliotropium herba, semper in eam spe-
ctat partem qua Sol est, & eo condito florem contrahit. Sic
nōnulli ad regis omnes nutus obsecundant, & in quodcun-
q; viderint illum esse propensum, in id feruntur & ipsi.

Adyantō herbā etiam si perfundas aqua aut immergas,
tamen siccae similis est. Ita in virum bonum non heret con-
melia aut infamia, etiam si quis infamare conetur.

Vt in rerū natura quæ spectatissime florent, celerrime mar-
cescūt, veluti rosæ, lilia, violę, cum alia durēt. Ita in hoīm vi-
ta quæ florentissima sunt, citissime vertuntur in diuersum.

Vt rosa, flos vnus oīm longe gratissimus de spinis nascit̃.
Sic e tristibus, & asperis laboribus fructus capit iucūdis-
simus.

Crocum gaudet calcari, premēdoq; melius prouenit. vn-
de iuxta semitas, & fontes lætissimum est. Ita virtus aduersis
exercita rebus, lætius emicat.

Vt nihil insidiosius melle venenato. (Nam sunt quēdā hu-
iusmodi.) Ita nihil magis cauendum q̃ blandus hostis.

Vrtica sine aculeis adurit, ac vulnerat sola lanugine, soloq;
contactu. Ita quidā non aperta vi, sed clanculū nocent.

Quēadmodū vrtica si cōtānter attingas ac timide, adurit.
sin p̃mas tota manu, nō adurit. Ita pecunia si cauti, circūspe-
ctimq; tractes, ificiet. Sin contēptim ac neglectim, innoxia est.

Vt radix quā medici vulgo rebarbæ vocant, cū sit biliosa,
tamē peculiari quadā ui bilem pellit. Ita fit nō unq̃, ut amor
pellat amorem ceu clauus clauum, ira iram &c.

Vt est quādam venenorum contraria natura, sic ut sæpe
numero venenum veneno pellatur. Sic vitium vitio pellit̃-
tur, & malus malo obicitur.

Vt tutissimum est in trifolio cubare, quod in hac herba ne-
gent serpentem aspici. Ita in his versandum libris, in quibus
nulla venena timentur.

Quemadmodum panace herba vna, contra morbos om-
nes habet remediū. Ita Christi mors vna, aduersus omnes
cupiditates noxias efficax est.

Vt Penpentes herba, ab Homero prædicata, addita poculis

rosa

mors
cypri

etiam coronat
hominem vici
Vt accem
nre vale
nūq; hinc
dum aliter
Mā vane
prodit hanc
nōnulli ad
mō q; commo
gam expulsi
que sic auger
Sicut Vā huc
mi vim acut
mi vigen
nis, quo mag
Quemadmodū
res cōmuni
familiaritas
hōi nō inu
Vt qui com
dū, sed v
dū non vt
Vt Pharmaco
re pluri
ceca per
Sicut vna
Ve a cur
sp eunt
Luna semel
mō nescit. A
selemez
Vt h
vane
dū occurr
hōi nō
mō angu
Luna
mō nescit

Ita doctissimi præceptores, & minima optime docent.

Vt lamie domi cecutiētes foris nihil nō uidēt. Ita qdā in aliēnis negociis plus fatis oculati, in suis parū perspiciunt.

Vt impendio malignus sit, qui fontē scatentē obregat, aut Solē obradiantrē phibeat, aut lumē recuset de suo lumine accendere, aut viā monstrare grauet. Ita uehementē sit inhumanus, qui prodesse nolit citra vllū suum incōmodum.

Vt equæ conspecta in aquis forma sua agūtur in rabiem, auctore Columella. Ita quidā nimiū admirantes sua, ad insaniam vsq; redduntur insolentes.

Vt bonaso cornua oneri sunt tantū, nulli autē vsui, adeo sunt in se reflexa. Ita Sophistæ dialecticē habent, sed qua nēmīnem reuincere possint, adeo est intorta.

Pardus odoris grā allestas feras iuadit, atq; occidit. Ita qdā blandiloquētia ireritos fallūt, ac perdūt. Sic principum aulæ habent nescio quid blandū quod inuitet in perniciem.

Qui tigridis catulos rapuit, bene secum agi putat si vel vnum insequenti matri auferat impune. Ita qui alienam inua sit possessionem, etiam si cogatur reddere, lucrum tamen facit, si vel portionem aliquam retineat.

In pantheris qd speciosissimū esse oportuit, id celandū est, vt placeat, reliquo corpe maculis picturato. Ita in quibusdā omnia placēt præter vitam, qd est totius negocij caput.

Vt Tarandi cutis ferro impenetrabilis. Ita quosdam nihil queas dictis ledere.

Hyene sicut & Ichneumō, nūc mas est, nūc fœmina. Ita qdā sui dissimiles, nūc fortia loquunt, nūc mollia &c.

Vt Aspalacus non nisi apud Boecios uiuit vbi nascitur, alio translatus perit. Ita quidam peregre viuere nō possunt, nulla instructi arte.

Chamæleon quoniam aura pascitur non cibo, semper hiis anti est ore. Ita qui gloriolis & auris alūtur popularibus, semper aliquid captant quod famam augeat.

Amphisbena serpens vtrinq; caput habet, & utralibet corporis parte pro cauda vtitur. Ita quidam ancipites, nunc hac nunc diuersa ratione se tuentur, & cum est cōmodum ad ecclesiasticam libertatem confugiunt, cum visum est, principum prætextam gerunt, canonum oblitū.

Prophyrus serpens venenum habet, sed quoniam edentulus est sibi habet. Ita quidam male cogitant, sed quod defuit facultas nemini nocent.

Vt palma ga cortice sit cultellato, difficilis quidē est ascensu, sed fructū habet dulcissimū. Itidem eruditio, & uirtus aditum habent difficilem, sed fructum dulcissimum.

Sicuti mundus vndiq; teres, ac rotundus sibi constat. Ita sapiens nihil extra se querit, seipso contentus.

Vt stultissimū est cum huius mundi, in quo nati sumus naturā cognoscere non possumus, alios innumerabiles mundos foris querere. Ita absurdum est neglectis rebus domesticis, de alienis esse sollicitum & curiosum.

Sicuti deus cū nihil non videat, nihil tñ videnti similis est. Ita princeps nihil ignorare debet, multa dissimulare.

Vt deus plurimū sapiens, & intelligens minimū loquitur. Ita sapiens non nisi necessaria loquitur.

Sicut ex contrariis elementis mira harmonia tēperatus est mundus. Ita diuersis hoim studiis constat respublica.

Vt deus quo nihil est melius, minime apparet. Ita qd est in hoīe optimū, nempe mens bona, maxime latet.

Vt vnus deus administrat vniuersa, sed qui sit optimus ac sapientissimus. Ita monarcha res sit saluberrima, si deū deo similis.

Vt orbium diuersus in contraria. nisus motum omnium temperat. Ita senum contatio, iuuenum in republica feruorem, ac precipitantiam moderatur.

Vt Sol non alius est pauperi, alius diuiti, sed oībus cōmunis. Ita princeps personam spectare non debet, sed rem.

Vt idē Sol cerā liquefacit, et lutū indurat. Ita eadē oīo alios reddet meliores, alios deteriores pro ingenio & varietate.

Quemadmodū Luna quo propior est Soli, hoc minus habet luminis. Ita plus fructus ac dignitatis est iis, qui procul ab sunt a magnis principibus.

Vt Solis defectus, magnam mortalium perniciem trahit. Ita regis error etiam leuis, magnam tamen in rebus humanis gignit perturbationem.

Sicut Mercurius q̄ minimo spacio discedit a Sole, licet aliqui uagus & errabundus. Ita non oportet longius ab honesto discedere sapientem.

23

Deo

2

Ut cometes nouus apparēs, aut magnū bonū, aut ingens malū porrendit mortalibus. Ita nouus princeps salutē adfert rebus humanis si bonus est, maximā pestem si malus.

Ut plures apparere soles prodigium est. Ita plures esse monarchas, aut imperatores.

Ut Luna quod luminis accepit a Sole, mūdo refundit. Ita donū a deo acceptū, in cōmodum aliorū est conferendū.

Ut Castoris & Pollucis faces si solitarie appareant, dirū est ostentum. sin gemine, salutare. Ita non oportet potentiam esse seiuiciam a sapientia, alioqui pestilentam.

Ut Saturnus qui ex septem erronibus summum tenet locum, tardissime circūagitur. Ita qui in summa constituti sunt potestate, q̄minime precipites oportet esse.

Ut stelle subito nate, subito itē euasescūt, aut decidūt. Ita q̄ repēte subuehunt ad summos honores, cito p̄cipitari solent.

Ut canicula pestilēs est oibus sydus. Ita p̄ncipis mali p̄as oīs Luna p̄cipue monet inferiora, nō q̄d efficacior, (bus nocet sed q̄a p̄prior. Ita m̄lū hēt momētū ad res cōficiēdas uicinitas

Ut bruta fulmina montes feriūt irritō ictu. Ita stulta potentia suas vires, in quod nihil opus est consumit.

Ut Aphricæ Austet serenus est Aquilo nubilus, p̄ter aliarum regionum naturam. Ita quidam cum regione mutant ingenium ac mores.

Sicuti nec Aegyptus ob calorem, nec Scythia ob rigorem sentit fulmina. Ita vel ingens potentia, vel extrema fortunæ humilitas, tutum reddit a contumeliis.

Ut autūno & uere maxie fulgurat, minus hyeme, aut æstate. Ita mediocri fortunę celsitudo, i stibus obnoxia est.

Ut quædam fulmina æs ac ferrū liquefaciunt, ne cera quidē confusa. Ita diuina vis, aut regia potestas in obistentes seuit, mollibus parcit & cedentibus.

Ut non solum stultum est, verumetiam periculosum euo care fulmina. Ita dementia est reges ad se accersere, qui non nisi magno nostro malo prouocantur.

Ut fulmen quodcunq; animal protinus occidit excepto homine. Ita fortunæ procellæ indoctos, ac brutos protinus animo deiciunt, sapientem non item.

Qui in altis sunt specubus, a fulmine non feriūtur. Ita in-

fima fortuna tutissima est.

Sicut aliqui tonat sine fulgetris, idq; tonitru terrorē habet,
periculo vacat. Ita quondā minæ terrent non nocent.

Nypanis fluvius Scythicorū amniū princeps, per se purus
& dulcis, circa Callipodas Exampeo fonte amaro inficit, atq;
ita dissimilis sui in mare condit, de quo quidē est illud Soli
ni elogium. Qui in principiis eum norunt prædicant, qui in
fine experti sunt, non iniuria execrant. Ita quidā inicio blan
di, & amici, postea longe dissimiles sui reperiuntur.

Vt atagen alias vocalis, captus obmutescit. Ita quibusdā
seruitus adimit vocem, qui libere loquebantur, aut sponte lo
quūtur, aut canunt nōnulli, si cogas reticescunt.

Memoria filis reti, qd maiora cōtinet, minuta trāsmitit.

Vt arbor excisa repullulat, euulsa nō refruticatur. Ita mas
lum si penitus tollatur non renascitur.

Vt auib; pēnas accidimus, ne longius auolent. Ita quibus
dam opes & auctoritatem, ne se tollant in altum.

Vt accisæ pennæ tempore renascuntur. Ita nisi assidue pre
mas, renascitur potentia.

Vt qui Ghirurgi manus horrēt diēta curant. Ita qui aspiora
nō ferūt remedia, leuioribus remediis sunt corrigendi.

Vt si Venerē suā Apelles, aut si Protogenes Hialysū illū suū
coeno oblitū videret, magnū acciperet dolorē. Ita siq; cōspi
ciar eū corruptū quē ad bonos mōres instituisse, aut ignomi
niis affectū, quæ ornasset honoribus, iniquo animo ferret.

Vt mulieres ob hoc ipsum bene olēt, quia nihil olent, & in
quibusdā delectat cultus neglectus. Ita theologica oratio hoc
ipso videtur ornatioꝝ, quod ornamenta neglexit.

Vt magis est pbanda medicina, quæ vitiosas corporis par
tes sanat, q̄ quæ exurit. Ita melior est magistrat⁹ qui ciues im
probos corrigit, q̄ qui tollit e medio.

Vt apud iureconsultos, etiā qui frigidam suffundunt, si
mili notātur infamia. Ita culpandus, qui ad turpia hortatur,
non is solum qui turpia facit.

Vt qui parant statuam facere, prius rude quoddam simu
lachrum fingunt e trunco, postea dolant ac poliunt. Ita qui
orationem, aut librum instituit.

Vt callus tempore factus adimit sensum. Ita diuina mala

consuetudo facit, vt leuius feramus:

Vt natura non est eadem oibus locis, neq; flatuū, nec maris, nec pluuiæ, nec arbor, nec animantium. Ita non oportet hoïem vbiuis eundem esse, sed cum loco, ac tēpore variari.

Vt Euripus in Euboea septies in die defluit, ac toties refluit mira celeritate. At idem tribus diebus vnoquoq; mense stat immotus, Septima, octaua, nonaq; Luna. Ita quidam inæquales sibi, aut nimiū precipites sunt, aut nimium lenti, in utrāq; partem plus satis vehementes.

Vt æstū maris, auctus, aut detrimēta Lunæ magis sentiūt imbecilliora corpora. Ita rebus cōtrariis vehemētius cōmouetur animus, minus sibi constans, & affectibus viciatus.

Vt conchylia, crescente Luna augetur, decrecente maris crescut. Ita stultus a fortuna pendens, nunc magnus est, nunc pusillus, nunc elatus, nunc supplex, vt cunq; Rhamnusia mutauerit sese.

Vt aqua maris in imo dulcior est q̄ in summo. Ita quo altius penetres in phiam, hoc minus habet amaritudinis.

Tradunt physici veteres, Solem marinis aquis pasci, Lunam dulcibus. Ita sapientes, amara querunt modo vilia, stulti quæ delectant sectantur.

Quidā fluij p̄ medios lacus erūpunt, ut illis nō misceātur, sed iudē, eadēq; aquæ magnitudine post multa passuū milia exeūt, qua fuerūt inuerti. Ita si in vitiosam incideris ciuitatē, ita ad tēpus vtendū hospicio, vt idē exeas qui veneris.

In Asphaltite Iudæe lacu. Item in Arctissa armœniæ maioris, nihil mergi potest. Ita quidam quicquid cōmiseris in propatulo gerunt, neq; quicquā cœlare possunt.

Vt aqua marina ad potū inutilis, melius sustinet nauem, q̄ fluuiialis dulcis, & potui aptior. Ita suum vnaquæq; res vsum habet, si quis vtratur ad id quod oportet.

In Dodona Iouis fons, cū sit gelidus, et interfas faces extinguat, si admoueris extinctas accedit. Ita Christus si cupiditatibus flagrantē attigerit, sedat ac refrigerat, si deiectū & exanimatum, erigit & animosum reddit.

Lyncestis aqua, q̄ vocat Acidula, nō secus ac vinū temulētos reddit. Ita q̄sdam etiā sua paupertas, et inscitia reddit feroces, & improbos. Eadē enī vitia e diuersis nascuntur causis, vt

ex scientia arrogantia, eadem ex ignorantia.

Tirrhæus lapis quævis grandis innatat, cominutus sidit. Ita concordia sustinemur, discordia pessumimus.

Vt oleum infusum tranquillet mare, & lucem addit. Ita phia componit animi motus, & ignorantie caliginem discutit.

Vt ad Naphcham (id est bituminis genus) etiam procul visam ignes transfilit, ob naturæ cognationem. Ita ingenia literis nata, statim eas arripiunt.

Autem ignem Chimerae montis semper ardentis, aqua accendi, fœno restingui. Ita quosdam quo magis ores, minus commoueat, si dehorteris ultro volunt.

Vt aquæ saluæ pluuia incidente, dulciores sunt cæteris aquis. Ita meliores solent esse, quos educta vita mutauerit diuinæ gratiæ influxus, veluti Paulus.

Vt canes Melitæi potissimum in delictis sunt, opulenti ac potestibus sceminis. Ita principes effœminati delictis, plurimi faciunt adultores, & ad gratiam omnia tum loquentes, tum facientes.

Vt sunt flumina quedam, quæ cum eadem sint diuersis locis diuersa sortiuntur nomina. Ita quedam res in alio homine, variis nominibus mutantur. velut fastus in principe, splendor appellatur, in priuato superbia.

Sicuti quo directius nos ferit Sol radiis suis, hoc minor est umbra nostri. quo obliquius, hoc magis incrementum umbrae corporis. Ita quanto plus quisque assuecitur veræ sapientiæ, hoc minus magnifice de se sentit, quo longius abest ab ea, hoc se magis dilatat stultissima persuasione sapientiæ.

Vt inter tot hominum milia, nulle facies sunt per omnia similes, nec vllæ voces. Ita suum cuique ingenium est, suus cuique mos.

Tradunt in Albania nasci homines, glauca oculorum acie, qui nocturnarum ritu plus noctu, quam interdiu cernunt. Ita quidam plus sapiunt in rebus facinorosis, quam in bonis ac preclaris, aut in sordidis potius quam in egregiis.

Vt Pssylli in Africa, Marli in Italia, non solum ipsi non leduntur a serpentibus, verum etiam contrectatu, ac salua medentur, aliis periclitantibus. Ita philosophis non fati esse debet, si isti non corrumpuntur vitiosis affectibus, verum oportet oratione aliis quoque cupiditates noxias eximere.

Vt homini spiritus adest remedium aduersus serpentium virus. nepe

H

703

salina, qua cōtacti, ceu feruēti perfusi aqua, fugiūt. ethoriū tur etiā si in fauces penetrauerit. Sic aduersus oēs pestiferas cupiditates, presens remediū semper nobiscū circūferimus, si modo nouerimus vti. id ab animo petatur oportet.

Qui fascino vruntur, laudando necant arbores, fata, pueros. Ita adulator laudando perdit.

Sunt qui aspectu effascinant hominem. Ita inuidus oculus perniciem adfert rebus lætis, Nec satis tutus regum oculus, si quid habeas egregie pulchrum.

Qui effascinant, in oculis geminā habere pupillam dicuntur. Ita qui vruntur inuidia alienæ fœlicitatis, non eam inueniunt oculi simplici, sed quicqd vidēt sinistrae interpretant.

Est Indiæ gens dicta Pandora, quæ in puericia cano sit capillitio, in senecta nigrescunt capilli. Ita nōnulli primis annis sobrii ac modesti, grandiores iam, ad nugas & ineptissimas voluptates abiiciunt sese, & quasi puerefcunt.

Sicuti fœminæ quæ maturius pariūt, citius fenescūt, velut in calingis Indiæ gente, quinquēnes pariūt, sed octauū non excedunt annū. Ita præcortia ingenia, cito deficiunt.

Vt Androgyni sic virosq; imitantur, ut neutrum sint, nec mares, nec fœminæ. Ita quidam dum & theologi volūt esse & rhetores, a neutris agnoscuntur.

Vt mare grauida, minus laborat & in gestatiōe, & in partu. Ita si rē honestissimā aīo cōcepimus, miore negotio cōsequemur, q̄ stulta q̄dā oblectamēta. ut q̄ mūdi p̄mia sequunt, minore dolore margaritū illud euāgelicū sibi parare poterāt.

Agrippæ qui vocant, qm̄ p̄postere nascunt, hoc est pedibus primū emergētibus, mal' auspiciis i uitā ingredi credunt, magnoq; humani generis malo, vt Marc^o Agrippa, & Nero. Ita qui per nefas, ac Symonīā irrūpunt in imperiū, aut episcopatum vti vocant, magnā pestem adducunt sibi, suisq;.

Vt nōnullæ mulieres ex viris quibusdā non cōcipiunt, aliis adiunctæ, secundæ fiunt. Ita sunt qui apud q̄sdam p̄ceptores indociles, aliis tra diti doctoribus proficiunt. quod sint vt corporum. Ita & ingeniorum cognationes ac diffidia.

Vt horologij vmbra p̄gressam sentis, p̄grediētē nō sentis, et frutice aut herbā creuisse apparet, nō apparet crescere. Ita et ingenioꝝ p̄fect^o, qm̄ minutis cōstat auctib^{us} ex iteruallo sentis.

Vt Elephantū cū nare non possint, tamen aīnibus in-
pense delectantur, circaq; illos vagari gaudēt. Ita quidā cum
līteras nesciant, tamen inter eruditos versari gaudent.

Dracones exugētes sanguinē Elephantorū, occidunt eos,
& ipsi vicissim inebriati, opponunt ac cōmoriuntur. Ita sepe
nūero in bello, ps utraq; et pimit & perit, dānū dat et accipit.

Bonafus animal, quoniā cornibus inutiliter implexis non
potest ledere fugiens simū reddit, cuius contactus insequētes
vt ignis aliquis cōburit. Ita nōnulli quoniā corā non audent
congrēdi, a tergo sparsis probris contamināt hominē.

Sicuti leo citius seuit in virum q̄ in scēminā, pueros non
nisi summa fame coactus attingit, simplicibus ac prostratis
parcit. Ita potentes infirmioribus debent ignoscere, vires in
alios expedire, quos vincere pulchrum sit.

Vt lasciuia simiarum febrim excutit leoni. Ita inimici cons-
nūcium aut contumelia, nōnunquam excussa desidia, veter-
noq; ad honesti studium acuit.

Leonis catuli informes nascuntur, vix ingrediūtur seme-
stres, non mouentur nisi bimestres. Ita quæ egregia futura
sunt, sero proueniunt, & lentis auctibus absoluūtur.

Leo cunctis formidatum animal, tantum ac cristam galli
formidat. Ita summi principes infimorum conuicia nōnun-
quam timere coguntur.

Iniecto in oculos sago, leo sine vllō negotio capitur, alio
qui inexpugnabilis. Ita facillimum est potentissimum etiam
domare, modo cognitum sit illius ingenium.

Camelus nō gaudet potu, nisi prius obrurbata cōculcatōe
aqua. Ita q̄busdā nihil placet in lris, nisi barbarie cōspurcatū.

Vt camelopardalis siue nabis, collo refert equū, pedibus et
crurib⁹ bouē, capite camelū, maculū tigrim, aut pardū. Ita qdā
inæq̄les sibi varios hoīm formas exprimūt, si cultū inspicias,
sanctū aliquē existimes, si orationē audias, Sarapā loqui pu-
tes. si vitā expendas, nebulonē inuenies. si scripta, bubulcū.

Rhinoceros cornu gerit i narib⁹. Ita q̄rundā sales detati sūt
Caroblepas et basilisc⁹ solo aspectu necāt, maxie (et aculeari,
si oculos itueare. Ita tyrāni nōnulli solo oculoꝝ cōiectu nōnul-
los ad laqū adigūt. Aut formosa mīr & ipudica pimit ituitu.

Vt basiliscus sibilo fugat oēs serpētes. Ita qdā adeo sunt pe-

filētes; vt alij ad illos collati boni videant̄, atq; vltro cedāt.

Lupis quos gregarios vocant, etiā in fame surrepit obliuio cibi, si modo respexerint, ac protinus alium querunt. Ita non nullis mox excidit quod modo instituerant narrare, si interiectis verbis aliquot, animum illorum alio deuocaris.

Aspis pestilētissimū malū, non vagat nisi cū cōpare, ea interfectore p̄tinacissime p̄sequit̄. Ita tyrāni, filiū aut aliū tyrannidis successorē adiungunt, ne desit vltor si quid acciderit.

Crocodilus patitur Trochilum auiculam carpere efcam e faucibus suis, non illius amore, sed sua ipsius causa, repurgat enim rostro suo os illius. Ita tyranni etiā si quid alicui concedunt, semper ad suum referunt cōmodum.

Crocodilus terribilis est in fugaces, fugax contra insequentes. Ita quidam si concedas ac metuas, tum ferociunt. si strenue contemnas & obstitas, statim concedunt.

In aspidis ictu nullū est remediū, nisi vt partes contactæ amputentur. Ita quedā vitia sola morte sanari possunt.

Inevitabile malū esset aspis, nisi natura ebetes addidisset oculos. Ita qdā eēt pestilētissimi, si prauę cupiditati accederet & ingenij vis, ut rationē quoq; nocēdi possint excogitare.

Dictamū herba, sagittas educit e corpore, hanc cerui monstrauere. Ita philosophiæ ratio, fortunæ iacula eximit animo.

Dissimile.

Cerui pastu dictami excutiūt corpe sagittas, A phalāgio p̄cussi cancroꝝ esu sibi medent̄. Lacertę a serpētibus icti, herba quadā se refouēt. hirūdin es uexatis pulloꝝ oculis, chelidonia succurrūt. Testudo cunilæ pastu vires aduersus serpētes resistit. Mustela in muriū venatu ruta se confirmat. Ciconia origano. Edera apri sibi medent̄ in morbis. Item cancrorū esu. Anguis fœniculi succo abiicit exuiū. Draco uernā nauseam syluestris lactucæ succo restringit. Pantheræ aduersus acornium, hominis excrementis sibi medentur. Elephas chameleonte fronde. (Nam similis est animanti color) deuorata. Vrsi cum Mandragore mala degustauere, formicas lambunt. Ceruus venenatis pabulis, herba cynare resistit. Palumbes, graculæ, merulæ, perdices, lauri folio annuū fastidiū purgant. Idem faciunt columbæ, turtures, gallinacæ. herba quæ vocatur helixinæ, anates, anseres, cæteræq; aquaticæ, herba fiderite. Grues & similes, iunco palustris. Coruus occiso

Chameleonte, qui etiam victori nocet lauro infestum virus
extinguit. breuiter, nullum est animal quod non intelligat
sua remedia. solus homo nescit vnde vel corporis, vel ani-
mi remedia petere debeat.

Hyena vocem humanam imitatur, & nomen alicuius ad
discit, quem euocatum lacerat. Ita quidam obsequio blandi-
untur donec in perniciem trahant.

Hyena sic auda est excrementorum hominis, vt si in va-
se suspendantur altius q̄ ut possit attingere, enecent sese, de-
fatigati porrectu corporis. Ita nonnullis quod est foedissimū,
id dulcissimum est.

Fibri pontici genitalia sibiipsis amputant membra in ve-
natu, quod ob hoc se peri intelligant. Ita prudentis est aliquā-
do abiicere rem, ob quam periclitatur.

Cerui cū arrexere aures acerrimi auditus sunt, cū remiserere
sardi. Ita principes si quid est q̄d placeat, id procul etiā percipi-
unt. si quid secus, quantūuis clames, non intelligunt.

Cerui cū sua cornua cogant abiicere, tñ occultat ea, p̄cipue
dextrū, ne medicamēti uis aliis sit usui. Ita diuites nonnulli, cū
ipsi diuitiis uti non queant, non tamē sinunt alios frui.

Vti Chameleon non alio pascitur alimento q̄ aeris, & id
circo ore est semper hiante. Ita quosdam aura popularis alit,
neq̄ quicq̄ captant p̄ter inanes laudes, & gloriam.

Chameleon qui subinde mutat colorem, omnem imita-
tur, p̄ter rubrum & candidum. Ita adulator nihil non imi-
tatur in amico, p̄ter ea quæ honesta sunt.

Tarandus omniū arborū & fruticum, locorūq̄ in quibus
latitat, colorē villis etiā imitatur. Ita tutior erit qui ad quācum-
q̄ gentem se contulerit, eius ritus, ac mores imitetur.

Histris, nō iaculatur spinas suas nisi cum prouocatur, aut
vrgetur. At scurra in quemuis sua dicta torquet.

Vrsus informes gignit catulos eos lambendo format. Ita
rudem ingenij foetum, diutina cura expoliri conuenit.

Vti canis properas, in enitendo cecos parit catulos. Ita p̄es-
cipitata opera, non possunt esse absoluta.

Vt ignaui canes omnibus ignotis allatrāt. Ita barbari quic-
quid non intelligunt, carpunt ac damnant.

Vt muti quidā canes, prius mordent q̄ latrāt, sunt enim &

H iij

Diffimi.

7

hmoī, q̄s aliquot ipse uidi. Ita quidā prius ledūt q̄̄ expoſtulēt.

Asinæ per omnem gignunt vitam, cum homo tam ma-
turæ deſinat parere. Ita facilior ac perpetuus prouentus res-
rum vilium, egregia raro contingunt.

Nullum eſt animal quod impenſius amet ſuos fœtus q̄̄
aſinus, & ſimia. Ita indocti ſuas commentaciunculas præ-
ter alios amplectuntur.

 **Diffimi.** Mulus ex equo, & aſina cõflatus, nec equus eſt, nec aſinus.
Ita quidā dū & aulici eſſe volunt, & eccleſiaſtici, neutrū ſunt.
Muli calcitratus, vino crebro inhibetur, mulieris petulan-
tia vino prouocatur.

Diffimi. Simia catulos fere cõplexu necat. Ita nōnulli parentes im-
modico erga liberos affectu, & indulgentia, corrumpunt illos.
Vt eſt regio quæ careat uenenis ueluti Creta. Ita nō eſt reſa
publica aut aula, quæ careat inuidia.

Creta nullū habet uenenu, præter phalangiū, id eſt aranei
genus. Ita non eſt monaſteriū tam ſanctum quod immune
ſit ab obſectationis & inuidentiæ malo.

Angues in Syria erga indigenas uenenu non habent, nec
eos perūt, exteros cū cruciatu examināt. Ita inſulares in ſuos
ſaris humani, in alienigenas immiſſiſſimi ſunt.

 Indice teſtudines, meridiano tempore blandiente, gau-
dent toto dorſo per tranquilla fluitare, donec oblitis ſui, ſolis
vapore ſiccetur cortex, vt mergi nequeant. Iamq̄ inuite na-
tent, oportune uenantiū prædæ. Ita quidā ſpe magnarū rerū
allecti, in principum aulas ſeſe conficiunt, & adeo deliniūtur
aulæ deliciis, donec imprudentes eo redigantur, ut non poſ-
ſint, etiam ſi uelint in ſuum docium ſeſe recipere.

Mugiles ſi caput condiderint, putant ſe totos occultari. Ita
quidam ſi ſua uicia diſſimularint ipſi, putant ab aliis non aui
mauertiri, qui mos idem & pueris eſt.

Aluſariū piſcē ſemp ſequit̄ alius piſcis noīe ſargus, qui illo
cenū ſodiēte excitatū deuorat pabulū. Ita ſunt qui ſe miſcēat
alienis negociis, vt eis laborantibus, fruētū ipſi præripiant.

Scombrī in aquis ſulphureū habēt colorē, extra aquas ſimi-
lem ceteris. Ita diuites in ſuo regno diis pares, & cæteris lōge
preſtatiores uident̄, in morte nihil ab aliis differunt.

Vt echineis licet exiguus piſcis nauem uelis citatam remo

ratur. Ita animum ad honesta properantem, puellula quæ pi-
am nonnunquam reuocat, ac retardat affixa.

Sicuti Polypus quicquid brachiis attrigerit, suctu tenet &
attrahit. Ita difficillimum est euellere de manibus quorum-
dam, si quid nacti fuerint.

Polypus stupidum alioquin animal, in captandis conchis
incredibili utitur solertia. Ita quidam ad solum quæstum su-
um sapiunt, alibi pecudes meræ.

Vt sæpenumero Polypus dum conchæ carnem caprat,
ipse capitur ac tenetur. Ita sæpius dum aliis nocere studemus,
nos ipsos in periculum adducimus.

Vt echinus sp̄ in spinis ingredit̄, q̄d spinas secū circūferat.
Ita quibusdā in oī negotio acerbitas est, p̄pterea q̄d aio secū
adferant asperitatē, etiā si res ipsa nihil habeat incōmodi.

Vt cancri in metu utroq; sum pari celeritate ingrediunt̄.
Ita cum res exigat vertendi sunt in diuersum mores.

Minimi cancri quos pinnoteras vocant, quo tutiores sint,
inanium concharum testis se condunt, & cum accreuerint,
migrant in capaciores. Ita quidam maiorum suorum titulis
tuentur sese, cum suis diffidant virtutibus.

Vt vniones tametsi in mari nascunt̄, tamē plus habent co-
gnationis cum cœlo, cuius faciem reddunt. Ita pius ac gene-
rosus animus, magis a cœlo pendet q̄ a terra, in qua viuit.

Rhombus & Squatina, et Rhaia, & pastinaca cū tardissimi
sint pisciū, tamē sepe reperiunt̄ habētes in vētre mugilē oīm
uelocissimū solertia, & ingenio capientes. Ita quidam arte su-
perant longe potentiores opibus, aut viribus.

Trochus piscis ipse se init, & ex sese concipit. Ita quidam in-
genij foelicitate ipsi literarum semina infundunt sibi, quos
ἀντοδιδάκτορας vocant græci.

Scruthiocamelus, auuū maxima sed stolidissima. Nam ubi
collum occultarit frutice, latere sese existimat. Ita quidam in-
genti mole corporis onusti, minimū habent ingenij.

Vt Phoenix nunq̄ est nisi vnica, & ea vix credita cuiquā.
Ita rerum optimarum summa raritas est.

Aquila auuū rapacissima, nō oppetit morbo, neq; senio, sed
fame. Ita auarus quo magis accedit ætas, hoc magis crucietur
habendi studio, & minus potest vti partis.

Aquilarū pennæ quoq; aliarum auū pennis admixtæ, eas denorant. Ita tyrannis penitus insita vis est, spoliandæ plebis, vt mortui quoq; aliquid auferant.

Vultures triduo futura cadauera p̄sentit, eoq; aduolat. Ita quidā captatores, multis etiā annis morri diuitū imminēt.

Vultures ipsi nihil occidunt, sed ab aliis occisa inuadunt. Ita nonnulli alienis fruuntur sudoribus.

Cybindus auis bellum internicinū gerit cum aquila, adeo vt coherentes sæpe numero prestantur. Ita fit aliquoties, vt dum mutuum in se odium pertinaciter exercent principes, vtriq; subuertantur, tertio quopiam inuadente.

Coccyx oua subdit in nidis alienis. Ita quidā alienas vxores faciunt matres.

Coccyis pullus vbi adoleuerit, cum sit nothus, tamen legitimos deuorat vnaq; matrem ipsam. Ita quidā magna indulgentia, stultoq; amore quorundā educati, subuertūt eos.

Pauo non explicat pennas nisi laudatas. Ita quidā putant se non habere quod habent, nisi sint qui mirentur.

Galli sæpius in pugna cōmoriuntur. Ita quidam mutuis diffidiis conficiunt sese.

Gallus victor ilico cantu superiorē sese testat. Ita quidā sua facinora iactant ipsi, & suarū laudū ridiculi sunt tibicines.

Vt ciconias nemo aduenire sentit sed aduenisse, nemo discedere, sed discessisse, quod noctu clanculūq; faciant vtrūq;. Ita iuuētutem nemo intelligit discedere, sed discessisse. & senectutem non sentimus aduenire, sed aduenisse.

Apud Theffalos capitale est occidere ciconiam, nō ob aliud, nisi quod serpentes interficit, parcutur & apud Britannos miluiis, quod vrbem raptis extis pecudū, repurgent. Ita quibusdam honos habendus, non quod ipi digni sint, sed quod illorum opera nobis vsui est.

Ciconia tamen si demigrat, tamen reuerfa semper eosdem repetit nidos. Ita non oportet amicos ob intermissam vitæ consuetudinem obliuisci. sed memoriā illorum semper nobiscum circumferre.

Ciconiæ quoties in campū quē Pythonis comen vocant, (is est locus in Asia) quæ vltima oim aduenit, lacerant, atq; ita discedūt, in vna oim cessatione castigata. Ita multitudi-

Seneca

nis vitia vnus insigni supplicio sunt vel sanāda, vel arcēda.

Coturnici ueneni semen gratissimus est cibus. Ita quidam maledicētia, & virulētis dictis impendio delectantur.

Ut hirundines sub hominum tectis nidulantur, & tamen non affuescunt, nec fidunt homini. Ita quidam amicos semper habent suspectos, præsertim Insulares.

Hirūdo æstate aduolat, in stāte hyeme deuolat. Ita infidus amicus rebus lētis p̄sto est, cōmutata fortuna, deserit amicū.

Seleucides aues nunq̄ conspiciuntur a Casini montis incolis, nisi cum illarū præsidio est opus, aduersus locustas vastantes fruges. nec vnde veniant, quoue abeant cognitū. Ita quidam nunq̄ apparent, nisi cum nostro egent auxilio. nec visunt amicos, nec cum vrget necessitas aliqua.

Lusciniis tantum est canendi studium, vt certantes emoriantur, spiritu citius deficiente q̄ cantu. Ita nōnulli literarum inmodico amore valetudinem extinguunt, & dum a nullo vinci volunt eruditione, pereunt in ipso conatu.

Ut Alcyones etiā media hyeme mare trāquillū præstāt, non sibi solū, sed aliis q̄q̄. Ita sapiēs turbatissimis rebus nō solū ipse tuebit̄ aī trāquillitatē, sed alios cōcitos cōponet ac sedabit.

Ut Alcyones videre rarissimū est, sed quoties apparēt, tranquillitatē vel faciunt, vel denūciant. Ita Abbates & Episcopi raro deberent prodire in principū aulas, sed rerum motus & bellorū tempestates auctoritate sua composituri.

Columbis in volatu pernicitas, sed dum plaudit in aere sibi placens, implicatis strepitu pēnis, capitur ab insidiante alibi Accipitre. Ita multi dum ostentant suas vires magis q̄ vtuntur obliti sui, præda fiunt inimicis.

Apodes auiculę, aut pēdent volatu, aut iacent, p̄pterea q̄d pedibus careāt. Ita qdā in utrāq̄ p̄tē nimis uehēmētes, aut nimīū tumultuanē negociis. aut toti torpēt ocio, nil mediū est.

Taurus aus cū sit pusilla. tñ boum vocē imitat. Ita nōnulli cum resint exigui, tamen loquuntur reges ac satrapas.

Arrodunt hoīs cibum mures, viuūt sub eodē tecto, nec tamen affuescunt homini. Ita quidā amici parum synceri, nec relinquūt cibi cōmodiq̄ causa, nec amant tantū, aut fidunt.

Sicuti picis mirū est studiū imirandi verba hoīs, adeo ut in conatu nōnunq̄ emoriant. Ita nōnullis dulce ediscere p̄cu

las & psalmos, eosq; subinde sonare, cū non intelligant.

Vt oua plena sūdūt, inania fluitant. Ita qui veris virtutibus aut lris est prædicitus, minus ostentat se q̄ qui secus.

Si fœmina inter aues saliat fœminam, nascuntur quidem oua, sed ex quibus nihil nascatur. Ita consilium quod animo conceperis, non accedēte ratione, friuolū est & inuile. Oua sic nata Hyponemia, hoc est subuentanea vocant. dicūtur & Zephyria, quæ vento concipiuntur. Sic euanium est quicquid imaginatione non certo iudicio instituitur.

Serius eduntur quæ diutius victura sunt. Ita diu prementum opus, quod semper legi velis.

Quo maius est animal, hoc minus est fœcundum, minus ta numerosi fœtus sunt adeo, vt Achantis minima auicula duodenos pariat pullos. Ita quæ minus valent pondere, numero sunt pensanda.

Salamandra non nisi magnis hymbribus prouenit, serenitate deficit. Ita quidam non apparent, nisi statu ciuitatis, bello aut seditione turbato. iidem rebus pace compositis, emoriuntur.

Salamadre tantus est rigor, vt ignē contactū non aliter q̄ glacies extinguat. Ita quidam citius hominem ad torporem adduxerint, q̄ ipsi ad honesta inflammentur.

Vt talpæ quod parum aut nihil cernant, liquidius audiūt. Ita natura paria facit, cum quibus corporis formam negauit, his animi vigorem confert.

Vti culices ad dulcia nō aduolāt, sed acria perunt. Ita quidā maledicis & infestiuis sermonibus vehemētius delectant.

Non oēm escam oēs amant pisces, sed alius alia delectatur, vnde piscatores gnari quā quisq; maxime appetit, fallunt ea potissimū obiecta. Ita adulator deprehēso hois ingenio, quibus rebus deliniatur, a quibus abhorreat, quod illi gratissimū esse intellexerit, hoc potissimum eum caprat.

Sicuti capreæ, & coturnices venenis saginantur. Ita quidam aluntur maledictis & obtreccionibus.

Vt inter animantium genera occulta quedam sunt diffidia, cum nulla appareat diffidij ratio, velut Aranee & serpēti, formicis ac sericibus. Trochilo & Aquilæ, aliisq; compluribus. Ita sunt qui illam aut illam oderint gētem, cum nescia

Adulator

ant quamobrè oderint. Quidam odere rhetoricen, aut græ-
cas literas, cum hoc ipsum ignoret quod oderunt.

Ut in culice non minus admiranda naturæ vis est, quàm in
Elephante. Ita sapiens in maxis pariter ac minimis negociis
magnum virum ostendit, aut ingenij vis etiam in ludicro,
atque humili argumento elucet.

Apis cum minimum sit insectum, tamen admirabile facit
opus, & mira ratione politiam moderatur. Ita in pusillis cor-
poribus summa non nunquam ingenij vis.

Apes exteriora rectoria faciunt ex succis amarioribus, quod
dulcissimum est in intimis recondunt. Ita theologia in spi-
ritis quibusdam allegoariarum corticibus obteggit sapientiam,
quo prophanos arceat.

Ut apes non quiduis ex omnibus colligunt, sed aliunde
Meryn, aliunde Pissoceron, aliunde Propolin, aliunde Rhi-
thacen, aliunde sobolem, aliunde mel. Ita non omnia peten-
da ex eodem authore, sed ex vnoquoque sumendum, quod ha-
bet vtilissimum. Ex poetis & oratoribus, verborum splen-
dor. A dialecticis, argutia differendi. Ex philosophis cognitio
naturæ. ex theologia, præcepta viuendi.

Cum ad omnia aduolent apes, tamen nullis nocent flori-
bus. Ita virtus, & literæ sic ab aliis sumuntur, ut nihilo dete-
rior sit, is qui communicauit.

A floribus marcidis apes abstinent. Ita non attingendus
liber, qui putidas habet sententias. aut nihil attingendū, quod
non sit elegans & succulentum.

Apes fucis ad opus & factum calore confouendum vruntur,
vbi ceperint mella maturescere tum expellunt ac truci-
dant. Ita ab inimicis quoque sumendum, si quo pacto per oc-
casionem prodesse possint.

Si fucis alas ademeris, & in alueum reicias, iis ceteris item
fucis alas adimit. Ita qui in monachorum tractu nascam semel
amiserint vitæ libertatem, alios quoque quos possunt pertra-
hunt, ne melior sit aliorum conditio.

Apes peragunt opus suum non statis diebus, sed quæries cæli com-
moditas inuitat. Ita suo quoque tempore rapienda est occasio.

Rex apum solus aculeum non habet, aut certe non vtitur. ad hæc
grandior est corpore, & specie decentior, sed alis quam ceteræ

minoribus. Ita principē oportet esse clementissimū, & a sua ciuitate nusq̄ auolare longius.

Rex ipse quidem non operatur, sed obambulans, ac circū nolans alios velut exhortatur. Ita princeps nō opera, sed con silio & iussu prodesse debet suis.

Vt fuci cum ipsi non mellificent, tamē illarum insidiantur laboribus. Ita sunt qui nihil ipsi excudant, sed aliorum vigi liis elaborata furto sibi vendicant.

Vt apis amisso aculeo iam nec nocere potest exarmata, nec prodesse ad mellificium. Ita mortales qui nocere norūt, iūdem norunt prodesse.

Cū maxie feruēt apum inter se prelia, tū iactu pulueris, aut fumo tota res cōponitur. Ita grauisissimi regē motus inter prin cipes, affinitate aut simili re quapiā nugacissima finiunt.

Ter nouenis crabronum ictibus interfici hominem existi mant. Ita offensa tamesi per se non capitalis, tamen sæpius iterata capitalem parit inimicitiam.

Damnatur bombicina vestis seu multiciū, quod pellucens non tegat corpus, cum in hunc vsū sit reperta vestis. Ita ris enda facundia, quæ rem non explicat, sed inuoluit, cum in hoc repertus sit homini sermo.

Vt aranearū telas corui perrūpunt, muscæ implicanē. Ita le ges plebeculā vexant, a potentibus violantur impune.

Scorpius venenū in cauda gerit & oblique ferit. Ita quidā in fine virus effundunt suum, & dissimulanter ledunt.

Muta cicada pro miraculo est, q̄d ipsum genus sit garrulū sunt aut hmōi in agro Rhegino. Sic magis admiramur cōstā tiā & siletū in foemina, q̄d ipm genus mutabile sit & loq̄x.

Muscæ & alia nōnulla insecta suctu viuunt. ideoq̄ eis pro lingua est fistula. Ita quosdam videas bibones, qui potu vi uant, a cibo abhorreant.

Vt lampyrides non sunt conspicuæ nisi noctu aut in obscu ro. Ita quidam non sunt illustres, nisi inter humiles & idioras obscurantur autem inter egregios.

Industrium animal formica, sed non laborat nisi sibi. Ita nonnulli mortales sibi dumtaxat consulunt.

Vt indicæ formicæ aurum e cauernis erutum seruant ran tum, non fruuntur. Ita diues avarus nec fruitur ipse suis opi

bus, & aliis inuider illarum vsum.

Hirudo & quoddam pediculi genus, cui non est exitus cibi, quod infatigabile sit. suctu sanguinis intumescēs rumpitur deniq;. Sic auarus copia sua præfocatur.

Vti pyraulis vltro aduolās lucernis, adustis aliis collabitur, ac perit. Sic quidam ipsi sibi accersunt perniciem.

Vt cochleę lente ingrediuntur, nec quicquā attingunt, aut vsquam sese mouent, nisi cornibus prætentarint. Ita sapientem oportet esse contabundum minimeq; precipitem, & peudentim aggredi gustu quodam prius sumpto.

Quemadmodū apud Myconios non est indecorę caluiciū, quod illic omnes calui nascant. Ita apud Italos non est turpe pecunię studiū, quo nemo non tenetur apud illos.

Sūt qui ppius admota nō cernūt, q̄ lōgius absunt uidēt. Ita nōnulli plus sapiūt in rebus alienis q̄ in his q̄ ad se p̄tinēt.

Quibus maiora sunt corda timidissima sunt maxieq; bruta Nam asino maximū est, & in Paphlagonia perdicibus bina sunt corda, cū animi sit conceptaculū & fons. Ita quidā quo magis abundāt insignibus, hoc minus habēt rei, veluti si doctor indoctus larissimo vtatur pilleo aut epomide.

Animātia quibus longa sunt crura, iisdem longū sit collū oportet. Ita qui magno strepitu student viuere. longius rapiant necesse est, vnde suppetat sumptus.

Chameleon maximū habet pulmonē et nihil aliud itus. Ita quidā præter ostērationē & vērosam iactationē nihil habēt.

Simia cū imiteē hoīem, tñ aīal est oīm deformissimū. Ita si qs affectet qd optimū est, nisi foeliciter affectet, icidit in id qd

Vt a vitiis corporis quidā inuenere cognos (est pessimū. men, velut a distortis cruribus vari. Sic nōnulli malefactis sibi famam pariunt, ac nobilitantur.

Infantes q̄ celerius loquunt, tardi⁹ ingredi icipiūt. Ita q̄ ad dicendū promptior est, ad rem gerenda minus est paratus.

E voce agnoscimus hoīem facie non conspecta. nam sua cuiq; vox. Ita ex oratione licet hoīs vitam coniectare.

Vultures vnguentōq; odore fugant, ad cadauera aduolāt. Ita quidā a rebus honestis abhorrēt, ad fœda rapiuntur.

Sicut vnguētis & vinis. Ita & libris precīū addit antiq̄tas.

Ex maioribus cedris quę florent non ferūt fructum, quę

fructifere sunt non florent. Ita nonnunquam quibus adest dicitur di lepos, non adest sapientia, quibus suppetit rerum vtilium cognitio, deest eloquij venustas.

Vt palme arboris ramus, imposito onere non deflectitur in terra ceterarum more, sed renititur, & vltro aduersus sarcinę pondus erigit sese. Ita viri fortis animus, quo plus negociis premitur, quoque magis seuit fortuna, hoc est erectior.

In Campania vites ppos amplexe, ipsa æquabatur cacumina, adeo ut vindemiator, rogum ac tumulum exciperet. Ita qui in arduis versantur negociis, periculi meminisse debent.

Quęadmodum vitis tametsi arbor oim nobilissima, tamen arundinum, aut uallogę, aut arborum infrugiferarum eget sustentaculis. Ita potentes & eruditi inferiorum egent opera

Vt uallus aliquis frõdibus suis uite amplexu strangulat. Ita nonnunquam adminiculi gratia obiter asciti subuertunt & opprimunt

Vt vitis nisi amputes late sese spargit, brachiis potenter suis oia cõplectens, & implicans. Ita princeps ambitiosus sepe aliquid ex proximis suo adiungit impio, nisi subinde vindicetur.

Sicut Aminea vina senio fiunt meliora. Ita quidam in iuuenta solutiores aut asperiores, ætate & usu rerum fiunt mitiores.

Contra Apiana vina & alia quedam in inicio dulcia austeritate accipiunt ab annis. Ita quidam ætate fiunt inhumaniores.

Sicuti Maroneum uinum, cuius meminit Homerus uicies tanto aquę mixtum tamen vigorem suum seruat. Ita sapientis nullis soluitur voluptatibus.

Vt uino non est aliud corporis viribus utilius, si recte utaris, nec eodem est quicquam perniciosius, si modus absit. Ita phia salutaris est res, si modice adhibeas, pestilentissima si eius studio temulentus a communis vitę munitis reddaris alienus.

Sicuti vina languidiora vappescunt ætate. Ita desipiunt in genera vulgaria, eximia etiam ad extremam durant ætatem.

Vina non modo soli sui referunt saporẽ, verum etiam arborum aut fructuum vicinorum. Ita non solum exprimimus eos, vnde progeniti sumus, sed & eorum quoque consuetudine sumus vsi.

Sicuti mutaticia vina quę frugibus conficiuntur apud quosdam, hoc assequuntur vini vim, quod inebriat, non tamen perinde reficiunt cordis vigorem. Ita quidam quod in poetis est vitij id assequuntur, nempe obscenitatem, eloquentiam, uenustatem,

eruditionem non possunt exprimere.

Oliua sero prouenit, sed fructum habet egregiū. Salix statim adolescit, sed sterilis est. Ita precox ingenium.

Negant vllū animal venenatū fame aut siti emori. Ita pestilentes homines domi habent, vnde se pascant, & suo alunt.

Persica ob id ipsum pluris ueniebant, quod tur veneno non durarent, nisi in triduū. Ita auidius rapiendum, quod cito præteruolat, vt iuuenta.

Caprifici ficus nuncq̄ maturescit, sed tñ gignit uermiculos, qui deuolātes ad verā ficum, p̄fosso ficoꝝ cortice maturitatē illis tribuāt. Ita sunt qui ipsi nihil queant egregiū facere, sed tamen aliquo pacto stimulant alios vt id faciant.

Vt aquę laus est, si nihil sapiat. Nam vitiose signū est sapor aut succus. Ita a ceteris quidē requirimus eloquentiā, Theologus hoc ipso laudatur, quod infans est, & a musis alienus.

Ferę non cōuenit odori & sapor, vt ficis quibus nihil dulcius, nullus est odor, & cotoneis plurimum odoris. sapor autem asperrimus. Ita vix in eodem inuenias homine, blandiloquentiam, & beneficentiam ac fidem.

Vt laurus tota viret p̄petuo. Ita doctrinę fama nō senescit neq̄ marcescit. lauri baccaę amarę quidē sunt, sed salutem conferūt. Ita phię præcepta, salutaria magis quā blanda sunt aut ferūt.

Vina uasis infusa e taxo factis mortifera sunt. (iucunda. Ita salutaris alioquin eruditio, si incidit in hominem pestilentem, moribus illius redditur noxia.

Fraxinū campestrem in tantū horrent serpētes, vt nec matutinas, nec uespertinas illius vmbas quibus longissimas vnq̄ attingāt, & si gyro frondibus huius arboris claudat̄ ignis, & serpens, citius in ignem fugiet, q̄ in fraxinum. Ita nihil conuenit vitiis & studio sapientię, sub cuius vmbra quisquis se continuerit, tutus erit ab huius vitę venenis.

Tilia cū habeat corticē, ac folia dulcia, tñ fructū eius nullū aiāl attingit. Ita quondā oīo blanda graraq̄ & cōposita, snia.

Vt buxus sp̄ quidē viret, sed alias & rum nullus fructus, odore noxia, et semē habet oibus inuisum aiāntibus. Ita quidam præter orationis gratiā nihil adferunt nō fugiendū.

Rhododendri frondes iumentis, capris & ouibus uenenū est. Idem homini contra serpentium uenena remedio. Ita qđ

stultis perniciem adfert, vt res aduersæ, aut eruditio. id sapiens verit in suum bonum.

Vt arborum alię gaudent montibus, alię vallibus, alię siccis locis, alię riguis & aquosis. Ita non omne vitæ genus omni homini conuenit, sunt quæ quouis proueniunt loco. Ita sunt horarum omnium homines, accommodati ad mores oim.

Sunt arbores aliquot quæ post solstitium inuertunt sua folia vt vlmus, tilia, olea, populus, alba salix. Ita vulgus procerum, simul atq; princeps, vitæ genus in diuersum comutarit, versunt & ipsi vultum, cultum, orationem, & omnia.

Sorbo folia vniuersa decidunt, cum ceteris arboribus paulatim id accidat. Ita quidam subito nudantur, aut profundunt, aut genus vite habeat dulcissimos. Ita quidam benefaciunt nihil pollicitates.

Mors nouissima omnium germinat. et tunc pariter iter primas. Ita qui tempus idoneum operum rei conficiende, etiam si sero cepit, tunc maturius

Vt arbores quidam belle florēt, verum nullum adferunt (conficiunt. fructum. Ita quorundam puerorum in dolens magnam vitæ frugem pollicetur, qui simul atq; adoleuerit ad ineptissimas conuersi voluptates fallunt expectationem omnium.

Salix ante maturitatem abiicit semen, vnde & Homerus frugiperdam vocat. Ita quedam ingenia precocia citius profiliunt ad docendum aut scribendum quam oportet.

Cupressi semina adeo minuta sunt, vt quædam oculis cerni non possint. & tamen in eo tanta est arbor tam procerata. Ita ratio minimum quiddam est & occultum, sed eadem maxima est. si prodeat & vim suam explicet.

Stolonibus amputatis, omnia celerius adolefcunt in arbore, nimirum alimentis in vnam collatis stirpem. Ita animus leuatus superuacuis negociis, plus efficit in studiis honestis, tota mentis vi in idem intenta.

Vitis nisi subinde amputetur, ipsa sua fecunditate gracilefcit & perit. Ita cohibendum est immoderatum studium foelicibus ingeniis, ne parum moderato labore consumantur.

In vite quicquid per amputationem adimitur materia, id fructibus additur. Ita qui reciderit curas superuacaneas rerum fordidarum, plus valebit in rebus seriis et grauibus. Aut quo minus est verborum, hoc grauiore sententia.

Vt in inferendo calamus altius depressus tardius fert, sed durat fortius. Ita præstat rem aggredi vt firmior sit ac durabilior, potius quæ vt præsens spectes lucellum.

Arbor per se infrugifera, tñ in fitione dicitur ferre fructus. Ita prauū ingenium in fitione ad bonā frugē potest demutari.

Arbor suapte natura nō nisi vnicū foetū gignit, in fitione eadē diuersi generis fructibus onerā. Ita qui naturā suā sequitur semper idem est. Qui arte ducitur sui dissimilis est.

Vt noctuē aues in aulicatē noctu gemētes (nā hec illis uox est) mortaliū inuidēt quieti. Ita virulēta lingua semp aliquid spargit, quo concordiam hominum disturbet.

Vt ager ferax, sed quem oporteat multo impendio colere, non multū iuuat colonū. Sic homo quæstuosus, sed idē sumptuosus, haud multum reponit heredi profuturum.

Vt in re rustica non satis est re ipsum bonū esse colonum, sed magni refert cuiusmodi habeas & vicinū. Sic in uita non satis est, si te ipsum integrū virum præstes, sed refert cum quibus habeas consuetudinem.

Vt in loco pestilenti quoque qui assuevere durāt. Ita incommoda parum ledunt assuetos.

Vt loci salubritas incolarum colore deprehenditur. Ita muneris sanctitas eorum arguitur vita, qui in eo versantur, veluti qui versantur in cerimoniis, cum sint nequissime vitæ, declarant eas ad pietatem nihil conducere.

Vt nihil minus expedit quæ agrū optime colere. Ita sæpenumero inutilissimū est nimis esse in negotio diligentē.

Diligentes agricolæ terram prius notulis quibusdā deprehendunt, & explorant. prius quæ illi credant sementem. Ita explorandus amicus, ante quæ committas arcanum.

Vt faba & lupinum non exhaurit, sed stercoret agrum in quo alitur. Ita gratus meliorem reddit fortunam eius a quo beneficio adiuuatur, & refert quod accepit.

Fœnum græcum, quo tractatur peius, hoc puenit melius. Ita liberi quidam quanto habueris indulgētius tanto minus valent. neglecti uero, & vexati euadunt in viros.

Vt salicis semē ante maturitatem abiectū non solū ipsum nihil gignit, verū etiam feminis sterilitatis est medicamentū, hoc est efficit, ne concipiant. Ita sermones istorum, qui prius

*Salicis seminis non
nihil gignit, verū etiam
feminas sterilitatis
medicamentū est*

docent quæ vere sapiant, non solū ipsos nō reddunt meliores, verū etiam auditores suos inficiunt, & reddunt indociles.

Nouella vitis copiosius gignit vinū, sed verustior melius. Ita plura loquuntur iuuenes, sed vtiliora senes.

Ex arboribus quæ vehementer fœcundæ sunt, eo celerius senescunt. Ita raro sunt viuaces egregio præditi ingenio, & optima quæ quæ fugacissima sunt.

Solent arbores protinus emori, si quando præter solitum fœcundæ fuerint. Ita fortuna præter morē blanda ac fauens exitium imminere sæpenuero significat.

Est apud Indos herba quædam præcipui odoris referta minutis serpētibus, quæ istu protinus moriendū sit. Ita habet principū aule, quod allechet, sed occultat lethale venenū ni caueas.

Apud eosdē est spina, cuius succus inpersus oculis cecitatē adfert omnibus animātibus. Magis autem execat homines, si quid asperges de puluere auri in oculos.

Vt in arboribus robustiores sunt partes Aquiloni oppositæ quæ quæ Austrū, aut Zephyrū spectat. Ita fortiores, ac firmiores sumus in his, in quibus nos duris casibus exercuit fortuna.

Cedrus et luniperus si oleo perungas, nec tineas sentiunt, nec cariem. Ita semel imbutus diuini spiritus succo animus, nullam huius mundi sentit corrupelam.

Arbores infœcundæ firmiores sunt fœcundis. Ita robustius est corpus, his qui nihil pariunt in literis, quæ qui sese laboribus

Vt quercus & aliæ quædam arbores sub terra exhauriunt. Ita defossæ duriores redduntur, ac durabiliores. Ita qui diu premuntur aduersa fortuna diutius florent.

Cupresso nō innascunt cerasæ propter amaritudinē, nec buxo propter duriciem. Ita pestis adulationis fugit sæ uera, ac tristitia ingenia, mollia caprat & facilia.

Iuglans crepitu prænunciat se frangi, vt fugere liceat priusquā fiat ruina. Ita quidam non ledunt, nisi prius ostendant se infensos. Alij prius leserunt, quæ expostulent.

Abies adeo coheret glutino, vt prius scindat quæ solida est, quæ qua glutino ferrumiata. Ita post redditū in gratiā firmior debet esse amicitia, & artius cohærent, quos copulauit mutua beniuolentiæ glutinum, quæ quos natura coniunxit.

Hedera cōplexu necat arbores. Ita fortuna prospera, dum

blanditur strangulat, & perdit.

Vt quædam terræ mergam (ea est candida medulla) in se continent, qua stercorentur, ac pinguescant. Ita ingenium probum secum habet, vnde fiat melius.

Nihil profectius excrementis animantium, & tamē in stercorendis agris præcipuū habet vsum. Ita nulla res est tam nihili, quæ non aliqua profit, si noris vti.

Cracca leguminis genus est adeo gratum columbis, vt ea semel gustata, negent illos postea ab eo loco profugere. Ita qui semel aula mel & honorem degustarint, nunquam ab aula possunt auelli. *redditu' edipsium facile*

Orobanche ciceri infesta est, & eruo, vt æra tritico ordeo festuca quæ vocatur Aegilops lenti securidaca, atq; hæc quidam omnes complexu necant. Ita quorundam amicitia pes silens est magis q̄ inimicitia.

Aiunt Asiæ & Græciæ balneatores, cum velint turbam pelere, carbonibus iniicere semen æræ, quod id faciat vertiginis. Ita philosophi quoties volunt a suis libris submouere vulgus indoctum, mathematicos quosdam numeros, & figuras admiscunt, vt ex iis oborta vertigine capitis, librum abiiciant.

Arator nisi incuruus sit præuaricatur, vt dicebant antiqui. Ita miles, nisi impius sit, parum est miles.

Vti boni agricolæ est nosse terrâ suam quâ colit. Ita præceptor diligens imprimis studeat cuiusq; indolem, & ingenium cognoscere, neq; enim eadem sunt omnibus adhibenda.

Vti nouales licet alternis interquiescant annis, tamē eam cessationē vbertate compensant. Ita relaxatio ingeniorum mediocris facit, vt ad studia reuersi plus efficiamus vigore animi licet breuiore temporis spacio.

Nihil famem adfert Aegyptiis, si uel parum exundarit, hoc est minus duodecim cubitis, vel plus satis, hoc est vltra octo decim. Ita pariter obstat ad bonam mentem fortuna vel nimium secunda, vel nimium maligna, hic ægestate vexans, illic deliciis auocans ab honesto.

Vt heliotropiū, ac lupinū circūagunt, cum Sole, & quocūq; se mouerit ille, eodē deflectunt et hæc cacumē. Ita proceres aulici quocūq; regis ingeniū vergit, eo propendēt omnes.

Sicuti quædam arbores fecunditas & luxuries enecat. Ita quosdam perdit immoderatus rerum successus.

Ager nimium stercoreatus aduritur, non stercoreatus alget. Ita moderata lectio vegetandum erit ingenium. Nam lectio saginatur animus non aliter quæ aruum stercore.

Sicuti vtilius est crebre stercoreari agrum quæ multum. Ita plus habet fructus assidua lectio quam auida.

Vt pulegium ipso brumę die floret cum marcent omnia. Ita rebus pessime vexatis regnant mali, quorum in pace nullus est respectus.

Vt cibi potus, cœlique nouitas offendit, etiã si mutes in paria aut in aliquãto meliora. Ita præstat ferre principẽ aut magistratus pristinos, quæ novos asciscere, quod omnis rerum nouatio non careat perturbatione.

Vt hoïem vehemeter ægorũ, vel lune deliquiũ, uel vêtus asperior, vel maris decessus, aut huiusmodi quopiã leuis rerũ cõmutatio tollit e medio. Ita animos imbecilles & affectibus corruptos, quęuis offensa prubat. Cum qui firmis sunt animis istiusmodi non sentiant.

Vt plus est periculi corporibus nr̄is uere, autũno ob mutationẽ. Ita nouitas ois offendit ac ledit rempublicam.

Vt q cogunt secare, malũt ęre secare quæ ferro, quod hoc pacto vulnus sit sanabilius. Ita qui cogit obiurgare quępiam, ita moderabit orõne, ut ipa in se nõnihil admisceat occultę medelę.

Vt ptermõibus & ambustis, frigida pariter atque calida aqua medet. Ita quędã errata diuersa ratiõẽ tolli possunt, seueritate & lenitate subducta benignitate, & addita beneficẽtia.

Vt ptermones & facit, & tollit frigus. Itẽ ignis ambusta sanat. Ita amici obiurgatis orõ, dolori quẽ fecit, eadẽ medet.

Sicuti Scorpius si post istum admoueatur vulneri venenum ad se retrahit. Ita nihil est tam noxium, quin secum adferat remedium sui mali, si quis modo vri nouerit.

Vt celerius inebriant, qui dilutũ bibũt, quæ qui merũ. Ita citius inficiũt aim, quæ sobrietatis aliqd habet admixtũ, quæ quę simpliciter obscœna sunt. Nam a vehemeter obscœnis refugit animus. Contra illa blandiunt aliqua virtutis specie.

Vt quino cęcutiũt, aut alioqui laborat oculis, p̄ses se uidere res credunt cũ vnã uideat. Ita q ob iperitiã, uerũ non p̄spiciũt

in authoribus m̄tras ac uarias inducūt sententias, vnde illud apud iuris male consultos vel dic, tories repetitum.

Sicuti vinum alios ebetiores reddit, alios acutiores, alios elingues facit, alios loquaculos, pro corporum habitu. Ita eadem stulticia & ignorantia ueri quosdam incitat ad studium pecuniæ, quosdam ad voluptates.

Vt Sol lurum indurat, cęram liquefacit. Ita eadem oratio ab eodem dicta, hunc emolliet ad penitudinem erratorum, hunc irritabit ad contumaciam.

Vt vinū dilutius magis prouocat vomitū, q̄ uel aqua simplex, vel vinū merū. Ita intolerabilior est nequicia pietatis simulatione condita q̄ simplex & aperta malicia.

Vt magis humectat ventrē, magisq; sitim pellit humor qui sensim infundit, q̄ qui vniuersim haurit. Ita magis cohibet a petēdo munera paulatim data dispensataq; q̄ si semel dones.

Sicuti laboriosius est inanem iactare manum, (vniuersa. q̄ saxo aut plumbo libratam. Ita molestius est in nihili rebus operam sumere, q̄ in arduis versari negociis.

Vt qui locis æqualibus ambulat magis defatigantur q̄ qui inæqualibus. Ita laboriosius est, semper eadem aut similia reperere, q̄ in variis versari negociis.

Vt citius fatigat qui q̄ longū sit iter nescit. Ita minore tedio rem gerit, cui negocij, ratio modusq; præcognitus sit.

Vt morbus ad vicinum serpit contagio, sanitas ad ægro- tantem, non item. Ita ex consuetudine malorum facile boni corrumpuntur: at non contra.

Vt oscitat p̄multi, q̄d oscitantē conspiciāt, & micturiāt q̄d meientē viderint. Ita quidā nullo certo iudicio ad suscipiēda negocia pmouent, sed quiduis in aliis imitant ac referunt.

Vt aromatu, florum, similiūq; odor gratior sentit e longin- quo q̄ e pximo. offendunt eni nōnunq; naribus admota, q̄ pcul delectabant. Ita sunt que si leuiter attingas, placeant. sin excutias accuratius & propius inspicias, gratiā amittūt, quod genus sunt poetarum fabulæ, aut gentiliū historia.

Vt aromata tum vehementius fragrant cum mouentur, aut teruntur, franguntur ve. Ita virtutis fama latius spargitur cum exercetur negociis & rebus aduersis.

Vt cibi male olētes, nō uident male olere his qui ederint. Ita

spurce Scoticarū & Sophistarū Ite, cū alios melioribus ibutos
Iris uehemēter offendāt, ac nausēā moueāt. eos q̄ nugas istius
modi ibiberūt nihil offendūt. imo belle uident & elegātes.

Vt panthera bene olet, sed nō nisi bestiis, quas ad se trahit,
hominibus non item olet. Ita Scotus bonis ingeniis grauis
est, stupidis istis & bardis quouis aromate grator.

Vt qui hircosi sunt, grauius olēt cū se vnguētis obleuerint.
Ita foedior est nequiciā fama, si eā doctrinā celebritas reddat
magis conspicuam, latiusq̄ traducat in hoīm fabulas.

Vt diameter siue dīmetiens. Ita ab angulo ad angulū me-
diam figurā diuidit, vt vtrimq̄ spaciū relinquat æquale. Ita
iudex in neutram partem debet esse propensior.

Vt Sol q̄ magis in alto est, hoc minores iacit vmbas, quo
terra p̄pinq̄or, hoc maiores, puta mane ac vesperi. Ita uirtus
q̄ maior est & excelsior, hoc minus uideri cupit, minusq̄ sese
ostētat. Cōtra q̄ min⁹ ip̄a re ualēt, magis sese dilatāt ostētatōe.

Vt maiore cum voluptate cantionem audimus notam,
q̄ ignotam etiam si melior sit. Ita iis literis impēsius vulgus
delectatur, quas didicit.

Vt in diapason tantus est cōcentus, ut uox eadē esse uideat-
tur. Ita ueri amici vnus sunt a nīmus. Aut sic adulator per oīa
subseruit ad orationē diuini, vt vnū loquētē dicas nō duos.

Vt suauis est Antiphonum, q̄ si vox omnino sit eadem.
Sic iucundior amicus. Ita concors, vt tamen nonnihil diffi-
deat, q̄ adulator per omnia obseruiens.

Vt uasa paria quorū alterū plenum sit, alterū inane pulsata
concentum faciunt. Ita bene conuenit inter diuī-
tem benignum & pauperem indigum.

Vt quæ p̄clara sunt uix multo cultu p̄ueniūt, contra cepe,
alliū, & quedā hmōi uilia. etiā reposita aut suspensa p̄ferunt
se. Ita quæ sunt egregia, non nisi multo contingūt labore.
quæ mala passim obuia sunt.

Sicuti vulgo dicūt aquilonē noctu exortū, nunq̄ ad tertiū
durare diē. Ita rerū mor⁹ qui nō ex altis inītiis, sed facili causa
subitaq̄ p̄ficiscunt, facile sedant & conquiescūt in repub.

Vt uenti desituri uehementissime spirare solent. Ita mor-
tales cum maxime efferunt sese uelut Iulius Pontifex, tum
proximi exitio solent esse.

Sicut Aquilo initio uehementēs definit lenior. Contra Auster initio lenior, definit uehementior. Ita q̄ precipites magno ipetu rem aggrediunt̄ frigescūt in p̄gressu. Contra qui consilio suscipit, magis ac magis accendit operis p̄gressu.

Vt qui acris cupiunt perspicere, alterum occludunt oculum. Ita iudex rectius intelliget iustum, si nullius personæ respectu deuocetur.

Sicuti lusciosi non cernūt nisi p̄xime admota. Cōtra senes nō nisi longiuscule distita. Ita quidā diuerso laborāt morbo. Nam hic negligit amicoꝝ res, neq̄ curat nisi quod p̄prie ad suum pertinet negocium. Contra alij suarum rerum negligentes, in alienis tantum sapiunt.

Vt eodē halitu, sed aliter emisso calfacim⁹ ac refrigeramus. Ita eadē oratio aliter p̄nūciata, mouebit affectus aut frigebit.

Sicuti uehementius titillat tactus, & iucūdius mouet frictus alienus, q̄ noster. Ita iucūdius est laudari ab iis qui nobis nulla cognatione aut familiaritate coniuncti sunt.

Non ut ex sapientissimis parentibus stultissimi, plerunq̄ Dissimi. nascuntur filij. Ita ab indoctis p̄ceptoribus indocti discipuli. A probis educatoribus alumni improbi. Nam illic corpore est propagatio, hic animorum.

Quod oleum est muscis, formicis, fereq̄ reliquis insectis, id est adulatio stultis principibus. Si quidem oleo peruncta moriuntur illa. hi assentatione & obsequio palponū in exitium trahuntur ipsi, & trahunt rempublicam.

Vti Sol hominem tingit nigrore, cum linum candefaciat. Ita factum idem huic infamiam conciliabit. illi gloriam & laudem pariet.

Sicuti qui morbo laborant regio, iis mel cæteris dulcissimum amarū est. Sic sapientiæ p̄cepta piis iucunda, tristia sunt iis qui prauis affectibus corrupti sunt.

Finis. Argentorati, Ex Aedibus
Schurerianis, Mense Decem
bri, Anno. M. D. XIII.

Regnante Imperatore Cæsare Maximiliano
P. F. Aug. P. F.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Fragment of text from the adjacent page on the right, including words like 'Einfle...', 'Dopp...', 'luch...', 'Einfle...', 'Dopp...', 'suein...', and 'Al Joh...'.